

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

#### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/
















# LECTORIBUS ERUDITIS

EDITORES.



RODIT nunc III.
Anecdotorum.
nostrorum Volumen ornatum
Opusculis multi-

plicis (ut consuevimus) eruditionis, quae multos teneat, & oblecteur, tum ipsis quin etiam non exigui pretii, atque utilitatis, qua multorum studia iuventur, & expoliantur ingenia. Quod medii aevi Monumentis careat hoc Volumen, ignoscant ii, qui eadem nobis praelo cudenda communicaverant, ignoscant & Lectores, quibus ipsa singulis in Voluminitam. Il.

bus legenda receperamus Praecedentium enim Opusculorum prolixitas ad eas spatii angustias nos adegit, ut citra Librarii detrimentum chartis onerari magis Volumen non posset. Ceterum habebunt Lectores, qui his lautitiis tenentur, ubi genio indulgeant in Praefatione ad Pii II. Orationem, in qua duo Nicolai V., & totidem Pii II Brevia, atque alia quin etiam id generis alibi offendent. Qui edita pro ineditis dederit, eius erit negligentiae suae caussam fateri, ac veniam petere. Quisque enim de suis respondere necesse est, nec singulis imputanda, quae unum, aut alterum attingunt; nec quae alienis assertionibus. 

bus, ac peculiaribus praefixis nominibus munita in nostra Volumina bona fide recepta funt, rursus a singulis expendi decer. Ceterum in tanta librorum farragine facile est aliquam negligentiam irrepere, quam facilius docti viri, qui quam proclive sit huiusmodi in studiis deficere experimento didicerunt, ignoscent, quam ceteri nomine tenus litterati, qui singula in propatulo putant, & ut ipsi casu ab aliquo audierunt, ita eadem etiam unicuique in numerato esse vellent. Valete interim vos, amici Lectores, &, ut incepissis, favete.

a 2 ELEN-

# ELENCHUS OPUSCULORUM

Quae in hoc Vol.III. continentur.

I.

Onaria duo Graece loquentia, quorum unum in Tabula argentea apud Moniales Saxoferratenses S. Clarae ab Iustiniano Augusto S. Demetrio Martyri, alterum in Vexillo serico opere phrygionico apud Monachos Avellanenses ab Emmanuele Comneno Imp. S. Michaeli Archangelo dicatum, nunc primum Latine reddita in publicam lucem profert Iohannes Christophorus Amadutius Graecarum Litterarum Professor in Archigymnasio Romanae Sapientiae. Pag.1.

II. Epiphanii Monachi, & Presbyteri de Vita Sanctissimae Deiparae Liber. D. Ioham nes Aloysius Mingarellius Procurator Generalis Canonicorum Regularium S. Salvatoris ex Ms. Cod. Naniano exscripsit, psit, e Graeco Latine reddidit, & brevibus scholiis illustravit. 29.

III. Homilia S. Remigii Antissiodorensis in Dominica Palmarum de Passione Domini nostri Iesu Christi, quam ex Codice Ms. Palatino Vaticano nunc primum in lucem profert Iohannes Christophorus Amadutius.

IV. Homilia Remigii Episcopi Lugdunensis in natale Santti Iohannis Baptistae, quam ex Cod. Ms. Vaticano nunc primum publici iuris facit Iohannes Christophorus Amadutius. 161.

v. Thomae Phaedri Inghiramii Volaterrani in laudem Petri de Vicentia Episcopi Caesenatis, & Camerae Apostolicae Auditoris Oratio Funebris, ex Cod. Ms. saeculi XVI. Bibliothecae Cl. Praesulis Marii Guarnacci, nunc primum eruta a D. Petro Aloysio Gallettio Romano Abbate S. Victoriae in Marchia Anconitana Congregationis Casinensis. 179.

VI. Pii II. Pont. Max. Oratio de bello Turcis inferendo, eruta ex schedis autographis, phis, & anecdotis Monumentis illustrata a Stephano Borgia Sac. Congregat. de Propaganda Fide a Secretis. 245.

VII. De operibus, & rebus gestis Iulii II.

Pont. Max. Commentariolum Laurentii

Parmenii Genessini in Piceno, ex Cod.

Ms. Vaticano, nunc primum in lucem

editum. 297.

VIII. Longiani devolutio ad S. R. E. sub Gregorio XIII. Pont. Max. per Octavianum Octavianium Longianensem conscripta Narratio, quam ex Apographo
secretioris Tabularii Arcis Hadrianae,
nunc primum in lucem profert Iohannes
Christophorus Amadutius. 319.

AX. Sylloge Epistolarum variorum Scriptorum, nimirum Lini Coluccii Salutati,
Iacobi Ammanati Card. Papiensis, Iacobi Perleonis, Fulvii Peregrini Morati, Alvari Gomesii Castri, Laurentii Campegii, Hieronymi Caprae,
& Francisci Alciati Card., quae ex
diversis Mss. Codd. nunc primum proferuntur.

x. Lette-

X. Lettere Italiane di alcuni illustri Scrittori del secolo XVI., cioè di Cornelio Lambertini, di Lodovico Martelli, di Lorenzo Frizolio, del Card. Lodovico de Torres, di Fulvio Orsino, e di Antonio Possevino, cavate dai loro Originali.

XI. Bartholomaei Facii Lunensis Carmen ad Iohannem Antonium Campanum Episcopum Aprutinum, ex Ms. Cod. saec. XV. erutum.

XII. Poesse d'alcuni antichi Rimatori Toscani, cioè di Guido Cavalcanti, Cino da Pistoia, Piero delle Vigne, Ser Lapo Gianni, Bonaggiunta Urbiciani, e Maestro Rinuccino, tratte da un Manoscritto dell'Abate Serassi. 437.

XIII. Sylloge Inscriptionum Veterum anecdotarum. 457.



IMPRI-

## 🍫 VIII 🧇

#### IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. A. Marcucci Episc. Montisalti Vicesgerens.

TErtium Anecdotorum Volumen dignissimum publica luce censeo, quum nihil in eo animadverterim, quod Catholicae Fidei, aut bonis moribus opponatur; quinimmo multa in eo sint, quae Litteratorum bono non erant diutius invidenda. Quare accedente Rini P. Thomae Ricchinii Magistri Sacri Palatii Apostolici approbatione, edi illud posse adfirmo. Romae ipsis Idibus Martiis anni MDCCLXXIII.

Prosper Petronius Biblioth. Sapientiae Praefectus.

#### IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Augustinus Ricchinius Ord. Praedicatorum, Sac. Palatii Apostolici Magister.

ERRATA

Pag. 13. in not. Annot. (h)
16. Imaginem.

CORRIGE.

Annot. (k)
Imaginis.

DONA-

## DONARIA DUO GRAECE LOQUENTIA

QUORUM UNUM

In Tabula argentea apud Moniales Saxoferratenses S. Clarae

AB IUSTINIANO AUGUSTO

### S. DEMETRIO MARTYRI

ALTERUM

In Vexillo ferico opere phrygionico apud Monachos Avellanenses

AB EMMANUELE COMNENO IMP S. MICHAELI ARCHANGELO

DICATUM

NUNC PRIMUM LATINE REDDITA

IN PUBLICAM LUCEM PROFERT

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS

GRAECARUM LITTERARUM PROFESSOR



Tom. Ill.

A

# IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII AD ENNIUM QUIRINUM VICECOMITEM

Generosae indolis, & praecocis omnigenae litteraturae Adolescentem

#### PRAEFATIO.

mihi huius Urbis aeternae incolae facto vel a primis fere fausti adventus diebus nomen tuum insonuit, cum scilicet experimentum domesticae institutionis in Sacra, & Romana Historia, in re Nummaria, Chronologia, Geographia, Arithmetica, ac Geometria tandem decennis publice edidisti (a), eamque de te admirationem excitasti, quam nemo alius sorte sibi partam glorietur, eam simul superans exspectationem, ad quam & ab ipso xvi. aetatis tuae mense Quirites erexcras (b). Paullo post bono sato contigit, ut studiorum similitudo mihi Iohannem Baptistam Patrem, & Institutorem tuum longe dostissimum conciliaret A 2

(a) Experimentum Domeficae Institutionis, quod publice habebit Ennius Quirinus Vicecomes Puer decennis in Aedibus Emi, & Rmi Prineipis Ferdinandi M. de Rubeis S. R. E. Card, Patroni (vi) Romae 1762. apud Heredes Barbiellini in 4.

(b) Vid. Novell. Letter. di Firenze dell' anno 1755. col.668., & Mazzuchellium Scrittori d'Italia To. El. Par. 111, pag. 1981.

amicum, simulque tibi etiam consuetudine, & familiaritate coniungerer. Hinc propius admirari licuit praecocis ingenii tui progressus sane praestantissimos, & in dies succrescentes ad miraculum, novumque' quinetiam mox a te x11. iam annum nato exhibitum specimen domesticae tuae institutionis Roma suspexit, & vel praesens ego te ex tempore sublimiores Matheseos, quae est de Trigonometria, & Analysis, quae Calculum differentialem, integralem, & exponentialem, ut aiunt, respicit, demonstrationes tunc strenue extricantem, & Litteratorum coetum amplissimum tibi plaudentem summa iucunditate perspexi (a). Dein etiam pluribus înterfui ingenii tui privatis tentaminibus, quibus ostendisti, imparatum licet, posse te Graecos Auctores, & praesertim Homerum nedum latine vertere, verum etiam Italicis versibus reddere, tum etiam te non imparem esse ad enodandas quascumque Mathematicae disciplinae quaestiones, quae proponerentur. Dum xIII. aetatis tuae annus decurreret. vidi te insuper Euripidis Hecubam Etruscis Musis feliciter donantem, immo & prelo impressam tandem in lucem prodituram praestolabar, ne quod

(a) Specimen alterum Domesticae Institutionis, quod publice dabit in Bibliotheca Angelica Ennius Quirinus Vicecomes Puer annorum XII. sub auspiciis S. Aurelii Augustini, & universi Eremitarum Ordinis ab eo santtissime in ituti, & feliciter storentis sub Rmo P. Francisco Xaverio Vasquez supremo suo Moderatore. Romae 1764. apud Heredes Ioh. Laurent. Barbiellini in 4.

sam usque ab anno civioccixv. (a) & ingenio, & typis perfectum esset, quodque virtutem tuam luculentius esset testaturum, diutius lateret. Postea Pindari Olympica Italicis Carminibus te etiam reddere conantem saepe sum admiratus, & saepe de exitus felicitate gavisus, eadem te editurum sperabam; dum tamen eorum desiderium aliquo modo pensasti editis in novissimo Litteratorum Italiae. Diario tuis Considerationibus de ratione, ac systemate, quod servari oporteat in Pindari Carminibus Italico metro vertendis (b). Tandem ne quid fere deesset ad illam, quam hoc saeculo multi requirunt, inwadonaysiar, te ad Iuris utriusque studium tanto ardore, & progressu addixisti, ut, me inter subsellia Professorum Archigymnasii Romanae Sapientiae iucundissime spectante, honoris laurea, extemporaneo severi examinis periculo parta, cunctis plaudentibus, in ipso xvIIII. aetatis tuae anno ad d. VIII. Idus Augusti anni cioioccixxi. insigniri sis meritus. Qui ergo quasi testis perpetuus studiorum tuorum, quique ingenii tui altiora quotidie petentis admirator semper exstiterim, patere nunc, Adolescens praestantissime, ut te modo publice provocem nedum virtutum tuarum pracconio hoc sane A 3 inge-

(a) Romae typis Archangeli Cafaletti in S. pagg.78. additis ad calcem paucis adnotationibus. fed adhuc fine fronte. Vide Epiftolam meam ad Epiphanium Brunellium. in To.vii. Mifcell. Lucenfium.

(b) Riflessioni del Sig. Abate Visconti Romano sulla maniera di tradur Pindaro. To.II. Nuovo Giornale de' Letrerati d' Italia . Modena 1773. mm.II. pag. 27.

îngenuo, ac solemnibus confirmato testimoniis, verum etiam hac duorum Anathematum Graece loquentium, quae a me nunc primum eduntur, nuncupata, & inscripta illustratione. Tu certe is es, qui pro corum antiquitate, & idiomate cadem. plurimum ames, & de eorum elucidatione, quae mea est, rectum iudicium feras. Eorum primum pertinet, mea quidem sententia, ad Flavium Iustinianum Aug., Romanae Iurisprudentiae conditorem; se enim inse Buonta for Paudur Regem, vel Imperatorem Romanorum inscribit. Titulus hic, qui sequiorem actatem sapit, quemque ita sibi peculiarem esse voluerunt Imperatores CPolitani, ut ceteros Principes , & Monarchas Piza barbara voce appellarent, me fere ad Instinianum II., sive Iuniorem, qui etiam Iustinus III. diclus est, quique on Imperium Constantino Pogonato eius patri anno Christi DCLXXXV. successit, adstruendum adduxerat; aff & characterum concinnitas, & BACINIOS epitheton, quod in Antonini cuiusdam, sive is fuerit Caracalla, ut quidam censent, sive alius, ut alis arbitrantur, occurrit (a), pro primo huius nominis Imperatore Stare me persuaserunt. Exstat Monumenoum bos in illustri Saxoferrati Oppido, uhi vetus Sentinum fuit, apud Moniales Sanctae Clarae, quae înter cetera Sacrarum Reliquiarum Cimelia, quae simt numero xxvi., quaeque apud ipsas loco depositi iam ab anno cioccccixxii. celebris Saxoferratensium Civis Nicolaus Perottius Archiepiscopus Sipon-

<sup>(</sup>a) Instituzione Antiquario - Numismatica. Roma 1772. Lib.I. cap.xi. pag. 185,

Sipontinus in patriam redux collocavit. Patet hoc ex Litteris Apostolicis Sixti IV. Romani Pontificis, quibus eidem Perottio integrum facit eadem Cimelia in patriam adsportandi, & ter in anno publice, ac solemniter ostendendi. Carent hae Litterae anni, & diei subnotatione, utpote quae ex apographo excerptae sint; quamquam tamen posteriores apparcant aliis eiusdem Pontificis Litteris, quae datae sunt ad d. xxvIII. Iunii anni cioccccixxII., quaeque privilegia, & aedificationem Ecclesiae. S. Sixti respiciunt. Priores, quae ad rem nostram faciunt, in ima ora habebis (a). Exscripsi Monumentum

(a) Sixtus Papa IV. Dileclis Filiis falutem, & Apostolicam ben. Eximiae devotionis affectus, quem ad Nos, & Romanam geritis Ecclesiam, non indigne meretur, ut vos in his praesertim, quae (ad) populi devotionem, animarumque falutem conferunt, specialibus gratiis, ac favoribus prosequamur. Cum itaque, ficut accepimus, Ven. Frater Nicolaus Archiepiscopus Sipontinus Referendarius noster pro sua in Patriam caritate varias, & diversas Reliquias Sanctorum, nostro interveniente confensu, ad Terram nostram Saxofèrrati dë: ferre propofuerit, Nos pio eius desiderio satisfacere cupientes auctoritate Apostolica concodimus, atque indulgemus, ur ter in anno omnes Reliquias antedictae in praesata. Terraper aliquem Sacerdotem perperuis temporibus publice & folemniter oftendi possint : videlicet semel in Ecclesia. S. Sixti, quae de concessione noftra in praesenti ibidema sedificatut, in fello elusdem Sancti die vr. Auguli , & rutfus in Ecclesia S. Clarae die Rti. eluidem mensis in solemnitate ipfius Sanctae, & iterum in Ecclesia S. Mariae, ubi est Conventus Eremithrum 8. Augustini, die xv. eiusdem menfis in Pello Assumptionis eiu(-

mentum hoc, humanissimam facultatem nobis faciente Francisco Laurentio Massaiolio Nucerino Episcopo providentissimo, otio autumnali anni civiocci xxii., dum una cum Praesule Cl. Stephano Borgia varias Umbriae, Piceni, & Metaurensis Provinciae Civitates, & Oppida eruditionis caussa inviserem. Doluit tunc deesse Saxoferrati Pictorem, qui hoc Cimelium accurate delinearet, quique & characterum formam, & cetera ornamenta ex autographo exprimeret. Ceterum nobis curae erit ipsum exhibere Tab.I. ea fideliori ratione, qua typis communibus fieri poterit, tum & accurata descriptione id efficere, ut veluti lustrare oculis, & contrectare manibus tibi, ceterisque, qui in baec inciderint, videatur. Constat hoc Monumentum ex Tabella lignea quadrata, cui ad extremam oram lamina argentea, duabus unciis utrimque, tum ad latera, tum superne, & inferne lata, superposita est, ubi Graeca multiplex Inscriptio, quam nunc edo, anaglyptico opere expressa est. Exstantiores Epigraphis partes

eiusdem Beatis. Virginis: & mihilominus de uberibus donis gratiae omnibus, & singulis etriusque sexus, qui in aliquo praedictorum dierum osensiomi praedictarum Reliquiarum intersuerint, tenore praesentium indulgemus, ut eamdem Indulgentiam in omnibus, & per omnia consequantur, quam in Ecclesiis S. Ioh. Laterani de Urbe, & S. Mariae Mar

habet latus utrumque, ut ex estypo nostro apparet, eaque in plura veluti membra rhomboidalem figuram referentia digesta est. Superne vero exstat. Vasculum gemmeo lapillo occlusum, in quo TO AFION MYPON, sacrum nempe balsamum adservabatur. Cetera leviora ex ipso estypo, vel me nibil monente, deprehendes. Innuam tamen heio in medio Tabulae cerni Effigiem S. Demetrii Martyris , cui Anathema dicatum est , opere tessellato. expressam, Pittura quinetiam sane eleganti in auxilium adscita, qua exstantiores corporis partes. exhibentur. Dextera gerit hastam, utpote cui lancea pectus perforatum fuerit, quod etiam variis Graecorum Hymnis celebratur in eorum 'Arbahayla ad diem xxv1. Octobris, quo apud eos festum recurrit τε άγίε μιραλομάρτυρος Δημητρίε τε μυροβλύτε, Sandi Magni Martyris Demetrii balsamoflui. Siquidem Idiomelum Germani 🗓 κα β', tono II. sic babet: μέμινος τον होते हύλ अ तार υθέντα: सेंड σωπιβίαν कर ντος में κόσμε :: Lancea ictus in latere tuo incorrupto, omnimode venerande, imitans eum, qui super lignum extensus est in salutem totius mundi. Tum, ut cetera mittam', sic Erlxos eum celebrant : Anusres ningen . Yelle ma . Chranca avender . vellengurae ene aques. Demetrium pungunt lanceae, Christe mi, aemulantem passionem lateris tui lancea. perfossi. Sinistra vero clypeum habet oblongum, în quo designatur leo , floribus interspersis . Tum ipse ornatur veste militari, & crura ocreis muviuntur; qualem exprimi decet, quem & ipsi Graeci Cathismate 1. ad Matutin. ( Txe & ) invocant, & pracciaunt, or orms search mr . & tylegor rasagem, tam-1 quam vere militem, & hostium interemptorem. Tandem Monumento huic alligatur scheda membranacea inscripta charactere saeculi xv., cuius epigraphem, servata eius cacographia, ad marginem inferius consule (a). Exstare in Bibliotheca Vaticana Maximi Planudis Orationem in Divi Demetrii laudem fama andivi, ast nunc ibidem eamdem invenire non licuit. Quare praestat modo ad aliud Anathema descendere, quod ab Emmanuele Comneno Imp. S. Michaeli Archangelo oblatum est. Non. alium quidem censeo hunc Emmanuelem, quam eum, qui etiam Manuel dictus Iohannis Comneni filius fertur, quique a patre moriente successor renunciatus est, aut qui bumili loco natus, dictusque Grison, seu Triphon, ab Irene uxore Alexii vidua ad Imperium evectus est, ut quidam perperam censuerunt. Certe negotium facit, quod ETAOKIAS PAIS Eudociae Filius in hoo ipfo Monumento salutetur, qui, si ex Iohanne Comneno prognatus, certe Irenem, Ladislai Hungariae Regis filiam, babere matrem debebat. Annalium Camaldulensum Conditores sane eruditissimi Mittarellius, & Co-

(a) La ymagine del gloriofo San Dimitrio della Manna, la quale continuamente forge del fuo fanto corpo alla Cira de Thefaloniche, alla quale ancora li perfidi Turchi hanno devozione, & menano la non folamente gli homini, ma ancora li cavalli amalati, li quali renti de quella fanctifima Magna subito miracolosamente guariscono,

& Costadonius (a), qui de hoc Monumento, ast latine tantum , & quidem indiligenter reddito, verba faciunt, in ea sunt opinione, ut censeant, Eudociam, quam inter Graecas Imperatrices buius temporis apud Du-Cangium (b) desiderari deprebenderunt, secundis nuptiis, defuncta Irene prima. coniuge, anno ciocxxv. adhaesisse Iohanni, ex qua ipse anno sequenti Emmanuelem susceperit; quandoquidem tempore Neocaesariensis expeditionis, quae adhuc in vivis agente eius patre circa annum ciocxiii. contigit, duodevigesimum aetatis annum numeraret, ut constat ex Cinnamo apud Du-Cangium. Ceterum id coniecturis, etsi non inverisimilibus, usuvenire saepe solet, ut quemadmodum. verbo asseruntur, sic etiam verbo negentur. Ego tamen non is sum, qui tantorum Patrum sententiae obloquar; sed integram ipsam linquens, illud dumtaxat monebo, Emmanuelem ipsum Comnenum in altero, quod Muratorius refert (c), Monumento , CPoli in Porticu Ecclesiae , quae Pantocrator din citur, exsistente, non Eudociae filium dici; Quin potius Anezior PAIS Alexii Filius, addito etiam AOYKAE cognomine, salutatur, cui quidem Alexia non Eudocia, sed Irene altera, Constantini Ducae. ex fratre Iohanne neptis, & alterius Eudociae inter ceteros natos mater, uxor fuit (d). Ibidem memoratur

(a) To.iv. lib.xxxIII. p.69. ad ann. Chr. 1177.

(b) Famil. Augg. Byzantin. pagg. 15'0. 154. (c) Nov. Thef. Inscript.

(d) Mabillonius în Diatio Italico meminis litteratae Crusis :

THE CTIAM EIPHNH EN KYPIQ TO DE Q PIETH AY ΡΟΥΣΤΑ ΚΑΙ ΆΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΣΣΑ Η **ΓΑΛΑΙΟΛΟΓΙΝΑ** ΑΓΕΓΓΟΝΉ ΤΩΝ ΑΟΙΔΙΜΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΚΤΗΤΟ-PON KAI AETTEPA KTHTOPIESA, Irene in Domino Deo fidelis Augusta, & Imperatrix Palacologina Proneptis celeberrimorum Regum, & Dominorum, & Secunda Dominatrix. Certe heic innuitur Emmanuel Comnenus. & Bertha, Irene postea dicta, & Gertrudis Conradii III. uxoris soror, quae Emmanuelis coniux fuit, & de qua videndus Nicetas (a), & Cinnamus (b), a quo memoratur sic : 'H & Anamara, aufa ouroixhara, quae ex Alamannis ipsi (Emmanueli) matrimonio copulata fuit. Exstat insuper apud Ottonem Frisingensem Episcopum, einsque Continuatorem Radevicum (c) Conradi Imp. Epistola ad Iohannem Comnenum, qua praeter auxilium, quod contra Rogerium Siciliae Regem eidem pollicetur, etiam sororem coniugis suae Emmanueli Comneno eius filio in matrimonium decernit, cui epistolae, quae data est xvIII. Kal. Martii Ratisponae, respondet Iohannes Comnenus altera, quae etiam ibidem legitur (d); quem-

tis, quae adjervatur in Cimeliarchio S. Marci Venetits, & cuius Injeriptionem a Salvinio emendatam denuo protulit Cl. Gortus in Differtatione de Mitrato Capite Iefu Christi pag. 99. Pertinet ad Irenem Ducaenam Emmanuelis Imp. aviam, & Alexii uxorem , quae eam CPolitanae Ecclesiae dono dederat .

(a) Pag.75.

(b) Cap.I. pag.57.

(c) De Getis Friderici I.
Imp. cap. xxiii. lib. I. Vid.
apud Murator. Scriptor. Rer.
Ital. Tom.vi. col.657.

(d) Cap.xxiv. col.659.

quemadmodum etiam prostat ibidem altera ipsius Conradi responsoria ad Emmanuelem epistola, qua, defuncto iam Iohanne Comneno, idem coniugium. nova sponsione ipsi confirmat. Quare crederem potius modo Eudociae, modo Alexii filium & Ducam quinetiam Emmanuelem Comnenum inscribere se, ut avitam, ac multiplicem exferat originem, eamque ex Purpura, ut ex adnotationibus nostris ad boc ipsum Monumentum constabit (a). Narrat siquidem Iohannes Curopalata in Constantini Ducae Historia, ipsum ex Eudocia Augusta, quam adbuc privatus uxorem duxerat , mares tres suscepisse , Michaelem nempe, Andronicum, & Constantinum; ast vero, ipso teste, TETEN TOPPULED FETHTOS in & Korsartivos, horum Porphyrogennitus erat Constantinus, etsi ceteros etiam Imperatores declaraverit ex Constantino hoc Porphyrogennita Constantini Ducae, & Eudociae filio Alexius Comnenus ( cuius se filium appellasse vidimus Emmanuelem in Muratoriano superius laudato Monumento) genus traheret (quem certe & ab Isaacio originem duxisse, Historici tradunt, ab eo nempe, a quo etiam Constantinus ipse Ducas, X appellatus, Imperium acceperat), cumque Alexium patrem habuerit Iohannes Comnenus, & ex Iohanne patre ortus fuerit Emmanuel, sua sponte fluit, ut ad ostentandam suam Top: Upoyeven Two originem, aut ad Two cupas, catenam nempe, aut arborem genealogicam quodammodo exserendam Emmanuel modo tamquam AMEZIOT FAIE, Alexii Filius, & AOTKAE simul, modo tamquam et AO-KIAE

(a) Annotat. (h).

RIAS PAIE, Eudociae Filius, sive nepos, aut descendens prodeat. Hinc Alexius ipse II. Emmanue-lis silius, ut quidem coniicio, tamquam in pirous Arvas, origine Ducas apparet in Phylasterio Grandimontanae Abbatiae Lemovicensis, quod post Du-Cangium, & Franciscum Ogerium Cl. Philippus Venutius adduxit (a); tum ibidem etiam superioribus versibus magis suam asserit Ducicam originem, dum salutaria sibi adprecatur tamquam

En Douniens quirte maddidird plat,

He prompensor & Basidie Eighen

Η μυτορμάμμη, των ανάκτων το κλίος,

Αλεξίου πρατούντος Αυσονών δάμαρ.

Qui ortus sum ex stirpe illustri Ducarum, Cuius stirpis surculus est Imperatrix Irene Mater Aviae meae, decus Regum,

Coniux Alexii Romanorum Imperatoris.

Ceterum de Comnenorum familia, eiusque origine, & cognatione praestat consulcre Du-Cangium (b), qui ex Inscriptione, quam habet Gruterius (c), quaeque tres ex Gente Comnena libertos praeserens Ameriae in Umbria prostat, id evincere contendit, Gentem Comnenam ex Italiani Masmo, aut ipsius posteris, & successoribus, quod de pluribus aliis familiis observant Historici, & de Ducaenia praesertim Bryennius (d). Consule quinetiam Benedictum Corsinium Episcopum Alexanum, & Franciscum

(b) Famil. Augg. Byzant.

(d) In Praefat. n.g.

<sup>(</sup>a) De Cruce Cortonen, §.xxvIII. pag. 142. edit Venet.

Differt. pag. 23. (c) Pag. 1154. n.6.

ciscum Miniatium, qui de hac Comnenorum familia ex professo tractarunt (a). Certe quidem Emmanuel Comnenus ad ingressum Ponti Euxini Monasterium în honorem S. Michaelis Archangeli , cui Monumentum Avellanense sacrum est, construxit, ubi perfectioris instituti Monachos coegit, teste Niceta (b). Annalium Camaldulensium Auctores loco citato, in ea sunt sententia, ut putent, vel Emmanuelem Graecorum Imperatorem, qui Anconae, & propinquis litoralibus oris dominabatur, Pallium hocce transmissse, & obrulisse celebri Avellanensium Coenobio haud multum dissito a sua ditione; vel tempore Anconitanae obsidionis Vexillum hoc de manibus Graecorum praereptum a Christiano Cancellario, & Duce exercitus Friderici Imp. 2nno 1173. dono missum fuisse ex inimicorum spoliis ad idem Avellanense Monasterium, cuius erat Christianus Commissus. Oppugnant ibidem Iacobillium P. 11I. SS. Umb. -pag. Ix. asserentem huiusmodi dona oblata a Friderico Rainerio Diacono, & Priori Eremi Avellanensis, suique studiosissimo. spectat ad S. Michaelis Archangeli cultum apud Graecos, in corum Anthologio, quod saepe usurpavimus, ad diem vi. Septembris occurrit i drepries i Marioros Davinacros in Kadarais, nen in Xierajs march 18 Age 2422626

(a) La Verità esaminata intorno al Ramo più principale dell' Imperial Albero Comneno . Vid. nelle Glorie della famiglia Comnena di Prancesco Miniati . Venezia.

(b) Cap.vii. n.3. p.134. Vid.Fleury Hift.Eccl.lib.LXXIII. cap.XXXII. ad ann.11804

χαργίλε Μιχαίλ, commemoratio patrati prodigii in Colassis, vel Conis ab Archangelo Michaele; tum ad diem vIII. Novembris habetur i obrazis Tar παμμιγίσων ταφιαρχών Μιχαλλ, η Γαβειλλ, fynaxis pracgrandium ordinum Principum Michaelis, & Gabrielis; qua die etiam caput v. Iosue, de cuius Visione in Monumento fit mentio, a Graecis recitatur. Nec minor apud Latinos cultus fuit, qui S. Michaeli Archangelo praestitus est, qui nempe-Romanae Ecclesiae, eiusque supremi Antistitis Patronus, & Vindex semper habitus est; cum nimirum deceret, sicut ex Catholica side cunctis hominibus Angelus Custos pracest, & advigilat, sic Christi Vicario Angelorum Principem, qui ipsum in omnibus viis eius custodiret, destinari. Hinc forte-& alii Principes, quod ceteros antecellerent, hunc sibi etiam praesidem adsciverunt. In Latina Ecclesia S. Michaelis Archangeli cultus praesertim inolevit saeculo vi. post celebres ipsius in Gargano Montes apparitiones, quaeque duabus solemnitatibus annuis & ad d. vIII. Maii, & ad d. xxIX. Septembris originem praebuerunt . Consule hac de re Praesulem Cl. Stephanum Borgiam in Historia Beneventanae Civitatis (a), quam nunc patrimonio Beati Petri restitutam gaudemus. Eius etiam patrocinium adversus bostes Roma etiam experta est. Testis est quidem rudis Inscriptio ad latus ipsius S. Michaelis Imaginem insculpta ad Portam Capenam exeuntibus parte dextera, cuius etiam schema ex aere habemus, & quae ita se habet: 4 Anno. DNI M.º CCC.º XXVIL INDI-

<sup>(</sup>a) Part, I. pag. 179., & 182.

INDICTIONE . XI. MENSE . SEPTEMBRIS . DIE . PENVLTI-MA . IN . FESTO . SCI . MICHAELIS . INTRAVIT . GENS . FO. RASTERIA. IN. VRBE. ET. FVIT. DEBELLATA. A. PO-PVLO. ROMANO. EXISTENTE. IACOBO. DE. PONTIA-NIS . CAPITE . REGIONIS . Nunc tandem restat, ut de Monumento ipso, eiusque materia. O forma aliqua attingamus. Hoc quidem adservatur apud Monachos Camaldulenses Monasterii Sanctae Crucis Fontis Avellanae, ubi diversans anno civioccixxii. Octobre mense una cum spectatissimis Praesulibus Francisco Laurentio Missaiolio, & Stephano Borgia nuper laudatis, exscribere ipsum potui, quod sane non mediocri labore, ac diligentia peregi; praesertim quod nocturno tempore in id incumbere oportuerit, multaeque litterae, ex aurea textura conflatae, iam dissolutae fuerint, quarum vestigia acu, & vividiore colore, quem ipsarum operimentum in serico rubro servaverat, signata sectari opus fuerit. Voluissem sane adfuisse Pictorem, qui & figuras, & ornatus, & characterum formam. exciperet; ast defectum hunc accurata descriptione, & typographico schemate supplere conabor. Pallium hoc est, seu Vexillum ex serico rubro, ut diximus, quod auro, & unionibus opere phrygia contextum est . Vexilli prototypus est S. Michael Archangelus, cui genibus flexus adstat ad dexteram Emmanuel Comnenus, quorum delineations nunc parco, cum nihil sit, quod addam alteri, quae in Vexilli schemate Tab. II. etiam legitur. Non una autem est Inscriptio, quae opere phrygio aureis filis intexta est. Nos initium facimus ab ea, Tom.III.

quae est circa caput S. Michaelis Archangeli, quaeque eius nomen praesert. Tum gradum facimus ad eam, quae pone Imperatorem, & Archangelum în ima ora iacet. Dein ab Emmanuelis precation**e** lectionem instituendam censemus, quae dextrorsum in superiori margine incipit, ubi Crucis signum, quod post Constancint M. tempora in omnibus fere Christianorum Graecis, & Latinis Monumentis apponi solebat (a), cernitur, quaeque duabus lineis constat, tum procedit per sinistram lateralem columnam, ac desinit tandem in aliam lateralem dexteram, quae pariter signo Crucis clauditur. Sequitur postremo Santti Michaelis Archangeli ad Emmanuelem propitia responsio, quae nimirum eius capiti superstat, quaeque etiam a Crucis signo incipiens septem lineis constat. Hac quidem ratione. sensus concinnitati perspeximus, de qua sane male actum in Latina , infideli , hiulca , inordinata , quin & mendosa versione, quam ex Andrea Vallemannio Monacho Camaldulensi , qui anno civivexti. sub Mauritio Abbate Lectoris munere in Avellanens Coenobio fungebatur, protulerunt, quamque nos beic in ima ora exhibemus, ut cum nostra conferre possis (b). Ut de orthographia aliquid dicamus, mone-

., MANUEL: Ex utero enim

<sup>(</sup>a) Vid. Cl. Thomam M. Mamachium Orig., & Antiq. Christ. Tom. I. Lib. I. cap.vsii. aliosque huiusmodi Monumentorum illustratores.

<sup>(</sup>b) ,, MICHAEL ARCHAN-

<sup>,</sup> GELUS. Auris mea exau-,, divit orationem tuam, &c ,, tego te alis propriis tam-,, quam servum , inimicos ,, autem tuos interficio ense.

ma-

monebimus aliqua temere intexta verba occurrere quae adpositis adnotatiunculis in illustratione nostra emendavimus, nihil interim in textu immutantes. Servavimus etiam in schemate spiritus, accentus, & puneta, licet quandoque irregularia; quemadmodum & puncta superstaro violuimus litteris i, & ". quae in hoc Monumento, & in Codicibus etiam ab annis plus mille occurrunt, quaeque adhiberi consueverunt, quando hae litterae alteri vocali non junguntur, nec diphthongum efficiunt; qua de re consulendus Montfauconius (a). Litterarum vero nexus plurimi funt, quos servare non licuit, typorum communium forma id prohibente. Ceterum hos characteres non absimiles quis dixerit ab eis, quibus instructum est vetus Altaris Pallium Ecclesiae Graecae Christianorum ex Cimeliarchio Clericorum Reg. Theatinorum

, materno confifus fum in ,, te,.,, Ex alia Vexilli parte legitur : ., PRINCEPS OR-,, DINUM INCORPOREORUM.,, In medio autem Vexilli haec habentur; ,, Quemadmodum ,, antea Hiefus Nave fieftens " genua suos pedes ante te , ipfum proftravit , petens ,, a re vires sumere, & alie-,, nigenarum subiugare tur-" bas ; ita ego Manuel ser-" vus tuus Eudociae filius "inclitae ter beatae . . . . . ... & praeveniens libera me , ab omni periculo , & . . . habeo enim te
, custodem meum, animae, que, & corporis existens
, in vita, & in novillimo
, quoque, & horrendo iudi, cio inveniam te propitium
, PerDominum nostrum &c.,
Et subtus: ., Habens gem, meum germen porphyro, gennitam supplici modo me
, prosterno ante pedes tuos,
, & supplico te, ut prote, gas me tuis alis auratis. .,
(a) Palaeograph. Graec.
lib.1. cap. IV. pag. 33.

Domus SS. Apostolorum Neapolis, de quo exstat Diatriba Caietani M. Capycii C. R. Theatini, nunc Episcopi Tranensis meritissimi (a), ubi & schema ex aere affertur, quamquam tamen boc ad saeculum xv. referatur (b), nostroque ideirco sit trium saeculorum intervallo inferius. Sunt tamen alias Monumenta, quae consulas ad ea tempora spectantia, ex quibus characterum tunc usitatorum formam deprehendas, quacque praesertim offendes in Montfauconii Palaeographia Graeca . Occurrent etiam ibidem alia Comnenorum Donaria, & praesertim Emmanuelis Crux argentea, quam Monasterio San-Germanensi obtulit Princeps quaedam Palatina, quaeque continet Epigraphem constantem Iambis duobus, queis declaratur, ipsam eiusdem Imp. iussu adornatam fuisse (c). Sed de ceteris Emmanuelis Comneni Monumentis fusius agemus in editione, quam paramus, duarum Epistolarum anecdotarum graece, & latine loquentium Iohannis Comneni ad Honorium II., & alterius Emmanuelis nostri ad Alexandrum III. Tu vero interim, Enni Adolescens lectissime, qui & ipsa vetustissimi Ennii Poetae tria corda superas, haec bonas in partes accipias, habeasque ut sincera benevolentiae, & aestimationis in te meae argumenta. Vale.

Datis ex Aedibus meis 1v. Nonas Februarias, Festo Tis Tranzárms anno Gratiae C1212CCLXXIV.

TABU-

<sup>(</sup>a) Neapoli 1756. in 4. (c) Lib. IV. cap. VI. Vid. (b) Part, I. cap. III. S.VII. & ad calcem Veter. Analog. pag. 32. Mabilion, pag. 568.



TAB. 4 21.

EMA
VKATI
TÖTTH
VTO ME
AIVAI
TÖC
OA!
EN
Ö
Heic
duae Aquilae
confociatiae.

Digrized by Google

# TABULA VOTIVA ARGENTEA

GRAECIS LITTERIS INSIGNITA

ET AB IUSTINIANO IMP
S. DEMETRIO MARTYRI
DICATA.

ໂກອດບິຣ Xpis de vinde. To ຜົງເວນ ແມ່ງເວນ . Iesus Christus vincit. Sacrum unguentum.

Μεγαλομάρτυς Δημήτριε, μεσίτευσον σρός Θεὸν, ΐνα τῷ πιςῷ σου δοῦλῳ τῷ ἐπιγεἰφ βασιλεῖ 'Ρωμαΐων Ιους ινιανῷ δοίη μοι νικῆσαμ τοῦς ἐχθροὺς ἐμοῦ, καὶ τούτους ὑποτάξαμ ὑπὸ τοὺς παθάς μου.

Αὐτῶ τάμνος (a) ψέρα (b) μύρον άγιον όκ τοῦ φρέατος ἀντλήσασα, ἐν ῷ τὸ σῶμα τοῦ μυροβλύτου Θάου Δημητρίου τοῦτο ἀνα-βλήζον κάται ἐκτελών Θαυμάσια πάση τῆ εἰκουμένη, και τοῖς πιτοῖς.

Magne Martyr Demetri, mediator sis apud Deum, ut sideli tuo servo terreno Imperatori Romanorum Iustiniano det mihi vincere inimicos meos, & hos subiicere sub pedes meos.

1. Car.

B 3

Haec

Haec ipsa amphora spirat balsamum sanctum, ex puteo exhausta, in quo corpus balsamoslui Divi Demetrii hoc scaturiens iacet, perficiens admiranda universae terrae, & sidelibus.

"Ayios "Ayios. Sanctus Sanctus. Ο Θεασαλονίκης προςτάτης "Αγιος όΔημήτριος (c). ThessalonicaePatronus Sanctus Demetrius.

#### ADNOTATIONES.

(a) In 'Ανθολογίω Graecorum ad diem xxvi. Octobris,
quo occurrit Festum τε αγίου
ρωγαλομάρτυς δε Δυμπτρίου τε
μυροβλύτου, adluditur γας και
lis, quibus eius balfamumrecondebatur, atque ita de
çis canitur: 'Αὶ σια, όπις σοῦ '
φιάλαι διὰ τέτο Χρισός σ΄ μύτου θιὰ κρίνην à ἐνειξε τι
μόσμω. Maxillae τιμε, phiaJae, propter hoc Christus te
balfami divini fontem ostendit mundo.

(b) Lege hape . Sed fi bacc orthographia in argenteam laminam inducenda fuiffet , de rhomboldalis figurae perfectione , quae ex certo litterarum numero , & ordine coale(cit , actum fuiffet .

(c) Haec habentur in octo-

gonis lateralibus ad caput Divi Demetrii . Siglarum formas conjule in schemateTab.I. Litterae minores permixtae sunt majoribus, quod intuenti patebit. Hinc supra cripts die a Graecis peculiariter memoratur terraemotus,, qui Thessalonicae , ut 👉 CPoli tontigit anno xxIV. Imperiz Leonis Langi II. iuxta corum Menologium; bincque in Anthologio S. Demetrius invocasur ab ipsis 'Osh &', Qde 74 ά. μεγαι φιου ός Θεσσαλινίχης 🤉 magnus Praelidiarius Theffalo. nicae . Heit etiam moneam . forte quatuor illa B, quae utrimque Cruci circumstant, legenda esse Bios vita , ut apud Graecos nigrum @ legitur @de rates mors .

VEXIL.

• • •

Digitized by Google

W'C IPIN INPOCOL

W'C AMODYH'A

KAI' TPO

MAN Michaeli

WNPVIC regaritis to

METIAN margar

TPOCHN

HAIA'

CÕTO'N

AECTO':

THN: \*\*

# VEXILLUM SERICUM GRAECA PRECATIONE INTEXTUM ET AB IMP, MANUELE COMNENO S. MICHAELI ARCHANGELO DICATUM.

O' Aρχάγγελος Μιχαπλ
O' φύλαξ
Archangelus Michael
Custos
Εκ κοιλίας γαρ μητρικῆς ἐπερρίφου
Ἐπὶ σὲ (α) Ταξίαρχε (b)
τῶν ἀσομάτων
Εκ utero enim materno proiectus sum
In te, ordinis Princeps
incorporeorum.


Των σων ποθών ξιωροοθεν αυτον ἐξρίφα αυτών (d) παρα σε εδυαμιν (e) κληφένας ως αμοφύλων (f) τουτάξη τα είφη , έπω σ' έχωρε Μανεήλ σὸς δικέτης Ευθόκιας παῖς ἐυκλεες τεὶς ὀλβίε , φυτο-

φυτοσπόρον (g) μεν Καίσαει κεκτημένης, γυννήτειαν (h) δ'ε πορφυράν θήτον (i) κλώδον (k)
τανῦν έμαυτον ἱκετικῷ τῷ τρόπῳ ῥίπτω πίσε
σε , κὰὶ ἀιτάζομαι δ'ε σε , ὡς σαίς σκέποις
πτέρυζι κεχρυσωμέναις, κὴ προφθαίων ῥῦις (l)
με παντὸς κινόύνε, κὰὶ προσκτην ἔχω σε , κὰι
φυλακάμε ψυχῆς τε , κὰι σάματως ὧν ἔν τῷ
βίω, κὰν τῆ τελευταία δ'ε , κὰι Φρικτῆ κρίσει
ἔυρω προσηνῆ διὰ σε τὴν δεασότην . Κ

Quemadmodum olim Iesus filius Nave flexo genu ante pedes tuos se ipsum proiecit petens a te robur accipere, ut alienigenarum subiugaret turbas, sic ego Manuel tuus famulus, Eudociae filius inclitae ter beatae, quae prolificum quidem Caesari acquisivit, & ad genitricem purpuram destinatum ramum, nunc me ipsum supplici modo proiicio pedibus tuis, & peto a te, ut tuis tegas alis inauratis, & praeveniens liberes me ab omni periculo, & patronum habeam te, & custodem animae, & corporis mei, dum sum in vita, sic in extremo, & tremendo iudicio inveniam per te propitium Dominum. \* 00g

Η Ους με πρόσσεσχε (m) ση δεήσα, κα σκέπω σε κιεν πτέρυξιν ίδιαις ως δικέτην, εχθρούς δε τους σους ανελώ μου τη σπάθη (n).

Auris mea attendit tuae déprecation ni, & protego te quidem alis propriis tamquam servum, inimicos autem tuos intersiciam gladio meo.



ADNO.

#### ADNOTATIONES

(a) Ex P[al.xx1. v.11.

(b) Commode a Graecis celebratur die vIII. Novembris Fourages for mappeyises Taμαρχών Μιχαίλ, ή Γαδειίλ, ut videre est in eorum 'Arboλογίω ad diem n., S. Nov. Tum in Canone II. excerptb. ex Poemate Ioh. Monachi laudantur , ut Taziapyaı paydioi ordinis principes splendidi; quemadmodum & memorantur αί των Αγγέλων τα ξιαρχία, & ipseArchangelusMichael ab eodem Ioh. Monacho, ad Aten 5'. , 6. Sept. disitur Tazicoχης, κι πρόμαχος.

(c) Legg Naud, ut in omnibus Graecis Codicibus fcriptum legitur . Forte Navi heic legiture, quod ea aetate; nempe jaeculo XII., littera n, ut iota a Graecis pronunciabatur, quod ita factum ex Eustathio praesertim evincit Vir satis notus Thomas Sta nislaus Velasius in Dissertat. de Litterarum Graecarum pronunciatione part.il. cap.vii. pag.65., & Cl.Gregorius Placentinius de recta Graeci fermonis pronunc. Differt. cap.II. pag.124. , & ∫egq.

CHOA

(d) Lege arav

(e) Haec vox Suraus s quam habet & facer Textus, a Ioh Monacho loc. cit. oxivos redditur.

(f) In opere phrygionico duo M ita ab artifice unita funt , ut M efforment . Hins legitur ἀμοφύλων pro ἀλλο-

φύλων -

(g) Emmanuel ipse in Graeca Inscriptione apud Muratorium pag. 268. num. 2., quam ponit CPoli in Porticu Ecclesiae, quae Pantocrator dicitur, PYTOSPOPOS ap-

pellatur .

(h) Attifex Phrygjonious forte heic expressit purhacum pro reservation, util forte tunc, Graecia bazbare loquente, scribi poterat. Reste enim scriberetur, protrodar; Particula de pro re. Heic subintelligenda esset praepositio apos, nist forte particula de eiusem vices gerere posset.

 (i) Θήτος apud Hefychium idem est, ac τίμενος, settu nempe, & separatus ad honorem Numinis, vel Regis i Vid. eius Lexicon in hac voce. Sensus huc redit, Eudociam

TA.





ramum, vel familiam Porphyrogennitarum propagasse, vel conservasse:

(k) Kados est rumus tener, qui & pro filio, & pro corpore adolescente sumitur. Ioh. Henricus Leichius emeni dat superius citatam Inscriptionem Muratorianam pagi-7 268. n.2., whi pro POP-ΦΥΡΟΒΛΑΣΤΟΣ ΗΛΛΑΔΟΣ legendum est, roppus saroi xxades purpurae germen filius; enius dictionis exempla plura 🏂 ille ibi habet , 👉 Du-Cangius in Gloss. med., & infim. Graecit. v. Popqueogérrares. Vid. Ioh, Iacobum Reiskeium Comment, ad Constant, Porphyr. Caeremon. Aulae Byzant. pag. 115. col. 1. Nos ramom vertimus ; quando sis etiam sensui bene consultum censemus. Supervacaneum. heic esse putamus animadvertere, in Purpusa matos dictos fuisse Imperatores Orientales, quod Purpura diceretur Palatium, ubi Augustus parere mos erat; hinc Porphyrogennitarum nomen , & dignitas . Commode Ishannes, & Emmanuel Comnenus se Porphyrogennitas appellant in Numwis apud Laurentium Bege-

riam Thef. Brandeburg. To.173 pag.867., apud Christianias Sigifm. Liebbeimm Goth. Numi mat. cap.ml. 9.xxxxi. pag. 91.3 🗘 seq., apud Bandurium. To.tI. pag.756., upud Kela kium Supplem. ad Numism. Impp. veter. Froelik p.312. ac tandem inter Numismata antiq. Thomae Comitis Pens brochii Par. I. Tab. xxxyr. n.66., quod uterque parente Imperatore, & matre Au gusta natus effet; quae nus scendi felicitas cum neque Ifancio, neque Alexio Comnenis obtigiset, codem titule baud utuntur.

(1) Lege pous. Circellus , qui buic voci în opere phrygionico superstat, gerit forte vices litterae O; nam ibb Accentus circumstexus sempera obversa forma ~ exprimitur.

(m) Lege πρόσισχι.

lus, que loque Archangelus, que loque apparait; manu gerebas ferrum, quod nimirum in Libro Iofue cap.v. verf. 13. φομφάα appellatur. Eu lathius ad Homerum notat, φομφάαν apud Thraces ingentis cultri, vel pugionis in tar fuisse, quae ab Hesychio μάχαιες, & ξίτος dici-

dicitur . Ceterum ex Cedreno Manueli synchrono , patet, fuisse interpretes, qui contenderent, fouquiar fuisse Dipu, hastam, vel lanceam; aft ipfe quadar potius fuisse afferit, ut proinde heic nunc andon locg foundias usurpetur. Hinc Spatharii apud Graecos medine aetatis dicti funt, quos pobremi Romanorum Imperatores Protectores dometicos dixerant (Vid.Pancirol. in Notit. Imper. Orient. sap.89.), sequiores autem Latini armigeros, quod en-

sem, armaque ad Principis corpus tuendum gestarent . De his vide fuse disserentem. Du Cangium in Gloss. med., & infim. Graecit., & Cl. Ioh. Iacob. Reiskeium ad Caeremon. Aulae Byzantinae Constantini Porphyrog. pag. 15., & 50. Ceterum ex Inscriptione Placentina, quam adfert Muratorius pag. 2043. n.6., evincitur Spatharii munus in Aula Caesarum Romanorum , & quidem Tiberii Aug. aevo exstitisse. Habe Inscriptionem, quia brevis:

SALVIVS ANTONIAE . DRVS . . . SPATARIVS

Spatharii etiam mentio occurrit in Bulla Plumbea apud Cl. Corsinium de Notis Graed



EPIPHA-





# EPIPHANII MONACHI ET PRESBYTERI DE VITA SANCTISSIMAE DEIPARAE

LIBER.

D. IOHANNES ALOYSIUS MINGARELLIUS PROCURATOR GENERALIS

Canonicorum Regularium S. Salvatoris

Ex Ms. Codice Naniano exscripsit, e Graeco Latine reddidit, & brevibus scholiis illustravit.

 $\mathsf{Digitized}\,\mathsf{by}\,Google$ 

# ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

#### PRAESULI

# STEPHANO BORGIAE

SACRAR CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

A SECRETIS

D. IOHANNES ALOYSIUS MINGARELLIUS

S. D.

Pras, Eruditissime Praesul, pro tua in me benignitate, maximoque in litteras amore, ut vetustum aliquod opusculum, idque Grae. cum, tertio Anecdotorum Volumini, quod Romanis propediem typis imprimetur, inferendum praebeam. Ego autem cupienti si quid negem, quod praestare queam, ingratus sim. Necdum enim tibi vel de facie notus eram, quum omni humanitatis officio me devinxisti. Memoria probe tenco, Vir humanissime, duodecim circiter ab hinc annis cum Beneventum forte venissem, quam tu Civitatem mirifica per id tempus dexteritate regebas, atque prudentia, quam liberaliter a te, comiterque exceptus fuerim una cum supremo tunc coetus nostri moderatore Iohanne Chrysostomo Trombellio, quamque incunde paucos illos dies, quibus ibi manere licuit, transegerim, tuam & in consuetudine suavitatem expertus, & in colloquio doctrinam, at que eruditionem admiratus. Quamobrem nihil est, quod non tui caussa facturus libenter sim. E vestigio itaque converti e Graeco libellum quemdam Epiphanië

phanii Monachi de Vita Deiparae, cuius apographum apud me ineditum iampridem latet, semperque forsitan latuisset, nisi hanc tu mihi occasionem praebuisses, ut rursus in manus sumerem : diu enim dubitavi, an eum supprimere praestaret, quam in manus omnium emittere: propterea quod e monumentis non sinceris modo, atque indubitatis, sed apocryphis etiam, ut ipsemet Auttor profitetur, ac dubiis contextus sit. Nunc autem cum alicui nihilominus utilitati visus sit esse posse, si evulgetur, eum ad te mittere constitui, ut tute ipse, cuius plurimi iudicium duco, quid agendum sit, videas. Tuus ergo sit arbitratus: ut illum, prout libuerit, vel comburas, cum legeris, vel typographo librario excudendum tradas: mihi vero id unum cordi esse noris, ut nihil a me edatur, quo Le-Horum in Dominam nostram pietas, aut debitus ipsi bonor vel minimum, te quidem iudice, imminui queat .

Libelli porro Auttor tibi incredibili memoria praedito plane ignotus esse non potest: nam Leo Allatius & fragmenta ex hoc ipso haud semel protulit opusculo, & aliud quoddam eiusdem scriptum in Symmittis divulgavit, huiusmodi titulum in fronte habens: Epiphanii Monachi Hagiopolitae Syria, & Urbs Sancta; nec enim dubito, quin unus, idemque Epiphanius utriusque libelli Auttor sit, quum eodem plane stilo utrumque conscriptum videam, tenui scilicet, atque adeo, ut verius loquar, bumili, ac pene abietso. Quin Homiliam quoque Epiphanii Monachi in S. Andream Apostolum commemorat ipse Allatius in Diatriba de Simeonum.

fcriptis : sed ea utrum Epiphanii nostri sit , quis tuto, nisi illam viderit, definire queat, cum Allatius nihil praeter titulum, atque initium attulerit? Si quid tamen e tam exiguis indiciis indicari potest, equidem eam quoque Homiliam ipsi tribuendam crediderim. De membraneo autem exemplari, e quo libellum ego exscripsi, nihil dicere attinet in praesenti : satis enim descriptum suit iis litteris, quas de quodam S. Gregorii Thaumaturgi Sermone ad Aegidium fratrem meum Bononiae dedi: unus enim, idemque Codex & cum Gregorii Sermonem, & hunc Epiphanii mihi subministravit. Illud potius optandum iam esset, ut quo tempore Epiphanius noster stripserit, accurate, ac liquido definiri posset : nam Iohannes Albertus Fabricius, incertae aetatis Scriptorem dixit. At si adamussim illud determinare, ac veluti acu tangere non licet, valde tamen angustis finibus spatium omne, intra quod eum scripsisse necesse sit, circumscribi posses reor, atque includi: ut neque ante undecimum Christi saeculum, nec post tertiumdecimum vixisse dici debeat : Non ante undecimum quidem : quia Hippolytum Thebanum citat, quem decimo, aut summum undecimo floruisse consentiunt eruditi : Post tertiumdecimum vero saeculum scribi non potuit Opusculum, e quo fragmentum Nicephorus Callistus protulit Epiphanium ipsum nominans, ut mox videbimus : praesertim cum ipse Codex , unde illud exscripsi, aut duodecimi saeculi sit, aut non multo sane recentior. Ex quibus omnibus illud tandem. conficitur, ut saeculo circiter duodecimo Epiphanium Tom.III. 110nostrum vixisse haud temere statui queat. Si qua igitur identidem occurrent inter legendum, quae parum tibi arrideant, mirari non debebis, Vir praeclarissime: Graecum enim eius actatis vinum, ut ita cum Catone loquar, quod neque aceat, neque muceat, vix ullum est, ut nosti. Mucidassane haud pauca hic offendes: multa ineleganter dicta: barbara etiam nonnulla, atque soloeca: plura demum incerta, nulloque idonei Scriptoris, qui quidem exstet, aut notus sit, testimonio consumata. Attamen haec ipsa utpote quodammodo nova, aliquam sortasse afferent oblectationem. Vale, Praesul doctissime, ac tua me amicitia ornare perge.

Dabam Romae in Aedibus S. Petri ad Vincula,

Calendis Martiis, anno M. DCC. LXXIV.



SELE-

# 35

#### SELECTA QUAEDAM

DE EPIPHANIO MONACHO ET PRESBYTERO
TESTIMONIA.

Nicephorus Callistus in Hist. Eccl. lib.2. sap.23; ex Epiphanii Opusculo, quod nunc edimus, locum quemdam sic citat.

omni convictu, & familiaritate post resurre-&ionem sim vobiscum, sicut nunc; ut ait Apostolus: Etst noveramus Iesum Christum secundum carnem, sed nunc iam non novimus. Per spiritualem vero sententiam pollicitus fuerat cum eis esse usque ad consummationem saeculi. Mittens enim baec unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Mittens enim haec, id est Ecclesia, unguentum hoc, id est odorem bonae, & purae fidei suae, pro qua daturus sum sanguinem meum. In corpus meum, id est in corpus, quod pro ea in passione traditurus sum. Ad sepeliendum me fecit, id est, quod vos putatis unguenti perditionem officium sepulturae esse. In toto enim mundo dicetur, quod mulier haec, id est Ecclesia, sepelierit Salvatorem, & unxerit caput eius: & post biduum passurus Salvator ostendit per hoc praecepisse, Evangelium suum celebrandum fore in toto mundo. Tunc abiit unus des duodecim, qui dicitur Iudas Scharioth, ad Principes Sacerdotum, & ait illis: quid mi bi

mibi vultis dare, & reliqua. Ideo hic dicitur, ut ostendatur ante horam traditionis ante tempus coenae, quando haec, quae superius dicta sunt, erant perfecta de unguento essulo in caput Christi, & indignation Apostolorum. Et ideo Iuda Scharioth dicitur, ut secernatur ab alio Iuda Iacobi, qui dicebatur Zelotes; & ideo non dixit Iudas proditor, ut nos per hoc doceamur, declinare in omnibus debere accusariones, & detractiones proximorum,etiamsi vera sint, quae de iis dici possunt . Inselix Iuda lucrum, quod perdiderat de unguenti effusione, de Magistri pretio voluit compensari. Haec etiam lucrosa fuit eius proditio, dans in eos mentium (sic) potestatem, quantum vellent ei dare. Qui constituerunt ei triginta argenteos. Et sciendum est, quia Ioseph non est venditus xx. aureis, ut LXX. Interpretes asserunt, sed sicut in Hebraica veritate reperitur, xx. argenteis (a); neque enim pote-

<sup>ּ</sup>בָעשׁרִוּם בַּמֶּף In Textu Hebraico tur בְּעשׁרִוּם בַּמֶּף Gen. cap. xxxII. v. 28. legi-

rat servus pretiosior esse Domino. Iudas Scharioth, id est memoria mortis. Prima autem die azymorum accesserunt Discipuli ad lesum dicentes: ubi vis paremus comedere tibi Pascha? Azymorum dies prima est quartadecima die mensis primi secundum Hebraeos, qui per lunam computant tempus, quando immolatus agnus, & est luna plenissima, & fermentum abiicitur. Tunc accesserunt Discipuli ad Iesum, inter quos & Iudas aestimatur fuisse, iam tractans de eius traditione. Pascha, unde Hebraei Phase, id est transitum dicunt, aeternam beatitudinem fignat; non enim a Graeco pati (a) Pascha dictum est, sed ab Hebraeo Phase. Discipuli paraverunt Pascha secundum morem Iudaeorum, nostrum vero Pascha verum, cuius figuram legis Pascha habuit, non Discipuli, sed ipse constituit, qui se secit Pascha nostrum. Celebratione omnium festivitatum roboratur memoria beneficiorum Dei. As Iesus dixit:ite in civitatem ad quemdam, & di−

<sup>(</sup>a) Apud Grnecos pati dicitur záezer.

👉 dicite ei: Magister dicis: tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum Discipulis meis. More V. T. fecit hic Evangelista, non nominasse locum, vel personam hominis, sed air tantum: ite in civitatem ad quemdam, unde Hebraei Phelmoni, & Helmoni (a) dicunt, quorum vocabula ideo praetermissa sunt, ut ab hinc libera sit facultas omnibus, ubi velint, & apud quem velint fideliter celebrare Pascha. Et fecerunt Discipuli, sicut constituit illis lesus, & paraverunt Pascha. Paraverunt Discipuli Pascha invenientes secundum alium Evangelistam coenaculum magnum stratum, atque mundatum, id est legem spiritualem egredientem de angustiis litterae, & recipientem Salvatorem in sublimi, & spatioso loco, id est in spirituali scientia mundata vaticiniis Prophetarum, & Evangeliorum doctrinis, ibique paraverunt Salvatori ad reficiendum.

Ci-

<sup>(2) 1313</sup> Ploni, nomen Añra Matth. 26. 18. Possimominati, cuius proprium vi Añra.

nomen reticetur, Graece i

Cibus fides est, opera bona hominum est. Et aliter per triclinium intelligitur Ecclesia; per patrem familias Deus Pater; per domum eius saeculum caeleste, ubi cum Sanctis erit Christus convivium habiturus. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim. Discipulis suis. Vespere facto, id est fine veteris legis posito, transactaque umbra, persistente iam veritate, discumbebat Salvator cum suis Discipulis, inter quos & Iudas proditor erat. Praedicta prius paffione sua, tunc proditorem praedicit, noneum specialiter ostendens, ne maniseste arguitus fieret impudentior; sed ait: unus vestrum me traditurus est, mittens crimen in numero, ut conscius poenitentiam agat, videns cognita occulta sua consilia, & cogitationes. Unus numero, & specie, & adiunctione carnali; nam non unus, & cum eis merito, aut virtute, vel vinculo spirituali, aut socius unitate cordis. Ceteri vero Discipuli nihil de hac re conscii timentes suam fragilitatem, & plus Domino praedicenti

centi futura, quam sibi credentes, vel etiam suspicantes unus de altero dixerunt singuli: numquid ego sum, Domine? Cumque Iudas perseveraret in malo proditionis, manifestius coarguit Salvator, nomen tamen non designans, dans adhuc poenitendi locum, ait: qui intingit manum mecum in paropside, hic me tradet. Ceteris vero retrahentibus manum, & ori suo interdicentibus cibum, Iudas audacter cum Magistro manum misit, ut per audaciam bonam conscientiam fingeret. Et quia primo, & secundo non poenituit, addidit Salvator poenam, ut quemo pudor non vicerat, corrigerent denuntiata supplicia; ait: vae homini illi, per quem Filius hominis tradetur, bonum erat ei, si natus non fuisser homo ille. Non est ita hoc dictum, ut asserunt haeretici, Salvatoremo adfirmasse per hoc, ut antea fuisset Iudas in anima, quam nasceretur in carne; eo quod non potest esse bene ei, qui non est, sed ei, qui est; volentes adfirmare per hoc, ut iam creatae sint animae, & vivant, & suo temporc

pore unaquaque corpus assumat (a), quorum mendacium omnino abiiciendum est, quoniam hoc simpliciter dictum est, id est multo melius esset ei non subsistere, quam male subsistere. Refutatur etiam per hoc ecrum haeresis, qui dicunt, Iudam agnovisse, quod Dominus occidendus esset pro totius mundi salute, & nolens, tardaretur haec salus, tradidit eum non mala voluntate, sed cupidine salutis omnium; & idcirco se laqueo suspendisse, ut cum ad infernum Salvator descenderer, illic eum inveniens, cum ceteris iustis illum inde erueret ; adfirmanres hunc, per quem haec salus persecta est, melioris meriti esse, quam ceteri Aposto-'li (b); quos verbis Domini in modico refutamus. Si Domino dicente, vae illi est, &

Tom. III.

me-

(a) Origenianos intellige, & Priscillianistas, qui animas, antequam infunderentur in corpora, peccasse, & in poenam peccati , in corpora, tamquam in carcereis. fuisse reclusas asserebant 🛭

(b) Cainanos designat Remigius, qui & Caini dicti

sunt . & a Tertulliano Chaldaei, quique praeter Cainum Adae primogenitum, & fratricidam, venerabantur, 🔗 colebant Iudam Christi proditorem, de ipso asserentes, quac a Remigio indicantur. Eos arguit S.Epiphanius haeresi 35.

melius erat ei, si natus non suisset, quae gloria, ut isti superstitione asserunt, potest esse, cui vae est, dicendo: vae homini illi, & reliqua? Docet nos, ut non eos, qui mala patiantur, sed qui mala committant, esse miseros, quos tolerantes ad caelestemo gloriam perveniemus, illisque mala facientibus in aeternam poenam mancipatis. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: numquid ego sum Rabbi? ait illi: tu dixisti. Ea temeritate interrogat Iudas, numquid ego sum, qua manum miserat in paropside. Et quia alii Discipuli tristes addiderant, Domine, iste ipsi blandiens ait, Rabbi, ut ipse excusationem haberet, si, Domino denegato, saltem Magistrum prodiderit. Et Dominus eadem responsione eum consutavit, qua postea respondit Caiphae, & Pilato; ostendens eum similems eorum, & eadem cum eis dignum responfione. Coenantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis, & ait: accipite, come-

medite, hoc est Corpus meum. Postquam. non verus agnus comestus est, & impletum non verum Pascha, sed figuram gerens veri agni, & Paschae assumpsit Salvator paneme confortantem . & vinum laetificantem cor hominis, transiens ad verum Paschae Sacramentum, ut sicut in eius praesiguratione fecerat Melchisedech offerens panem, & vinum, ita iple in veritate sui Corporis, & Sanguinis repraesentaret; unde & David ait: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Et dato pane, & vino ait Discipulis suis: hoc est Corpus meum, & Sanguis meus, hoc facite inmeam commemorationem, ut in aeternum praedicente David secundum ordinem offertionis Melchisedech, sic haec mea offertio. Per Sacerdotem intelligitur hic offertio; & aliter per panem congestum de multorum granorum adunatione gentilis populus designatur, congregatus ex multis idolorum erroribus ad unam Christi sidem, eiusque essectus corpus, cuius caput ipse Christus est.

est. Similiter & vinum ex multis acinis botri expressi dicitur Sanguis eius, eosdem gentiles signans adunatos ex mulis, replentes calicem Christi. Per calicem & passio, & Corpus Domini intelligitur. Dicam autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. Vinea dicitur populus Israel, ut in Psalmo: Vineam ex Aegypto transtulisti: & ego te plantavi, vinea electa, & reliqua. Regnum Patris est fides credentium, ut air Apostolus: Regnum Dei intra vos est. Non bibam amodo de hoc genimine vitis, id est de fructu operis populi Israel usque in diem illum, quo illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei, id est usque dum credant in me, omnia vetera relinquentes, expurgati fermento veteri, & effecti nova conspersio, & adducantur mihi a Patre meo, & tunc una vobiscum satiabor fide, & bonis eorum operibus. Et hymno dicto, exierunt in Montem Oliveti .

ti. Instructo igitur mysticae coenae convivio, recumbente Iesu, & duodecim cum eo Discipulis, quorum unus quidem sub ovina pelle lupus latebat, accepisse Iesum panem, & gratias egisse, fractoque, dedisse Discipulis suis similiter & calicem, & tamen ipsa per verba composita agendarum non est series explicata gratiarum. Et quia per verba gratiae fuerunt actae sonantia, quamvis ab Evangelista non sint specialiter expressa, non est contrarium incunctanter sanae fidei profiteri, ita ut, finito coenae convivio, hymnus ille per ora Apostolica verbis, quibus erat a caelesti editus, proque Magistro fuerit decantatus. Omne, quod Dominus, & Redemptor noster per carnis dispensationem agere dignatus est, mysterium fuit procul dubio, & exemplum, ut ipse ait: exemplum dedi vobis, ut & vos ita faciatis. Magnum itaque pietatis exemplum est, & prinsquam cibus sumatur, gratias agere ei, de cuius donis, ac datis imbuitur, ut accepto edentes reficiantur, & post resurrectio-H

rectionis summiratem laudes ei toto corde referre, cuius meruit indulgentiae munere satiari. Hymnus enim proprie canticus dicitur laudis, & quia soliti erant in cunciis conviviis gratias agere, & hymnum Deo dicere, ideo fortasse hoc, quod crebrius agebatur, scribere quotidianum distulit carmen Evangelista. Et alter omnis, qui calice Salvatoris fuerit inebriatus, potest laudare Deum, & conscendere Montem Oliveti, id est caelestem gloriam, vel notitiam S. Legis, ubi est refectio laborum, & solatium doloris, & notitia veri luminis; unde in Psalmo: Manducaverunt . & adoraverunt omnes divites terrae. Tunc dicit illis Iesus: omnes vos scandalum patiemini in me in ista no-Ele. Ideo praedicit Salvator Discipulis, qued in eadem nocte, id est in ignorantiae dubitatione sint passuri scandalum, id est ruinam fugae, & timoris, & negationis, ut cum passi fuerint haec, non desperarent salutem, sed poenitentes, praetereunte nocte, illuminati diei, id est Christi proximitate liberaren-

tur . Percutiam Pastorem, & dispergentur oves gregis. Percutitur Pastor bonus, ut ponat animam pro ovibus suis, ut de multis errantibus gregibus fiat unus grex, & unus Pastor. Scriptum quippe est in Zacharia, hoc est persona Prophetae ad Dominum: Percute Pastorem, & dispergant oves; & in Psalmo: Quoniam quem tu percussifiti, ipsi persecuti sunt me . Respondens autem Petrus ait illi: etsiomnes scandalizati fuerint in ce., & reliqua. Petrus non temeritate, vel mendacio, sed de ardore fidei promittebat dicens: etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. Et Dominus futura praenoscens ait: Amen, id est vere, vel fideliter dico tibi, quia in hac nocte, priusquam gallus cantet, &c. In nocte: id est in ignorantiae dubitatione, ter negavit Petrus Salvatorem, & postquam cecinit gallus lucis praenuntius, & decrescentibus tenebris ignorantiae, & incredulitatis, appropinquante die, id est Christo Salvatore, qui prope est omnibus invocanti-H 4

bus se in veritate. Conversus Petrus slevit amare, lavans lacrimis fordes negationis. De futuris voluit viribus Petrus praesumeres. quando ait, etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo, & ideo cecidit. Nobis tribuitur exemplum, ut nemo de suis confidat viribus, sed semper a Domino pavidus humiliter adiutorium quaerat, fine quo neque habita possumus obtinere, neque ad nondum accepta pertingere. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quae dicitur Gethsemani, id est vallis pinguissima, in qua Salvator iussit sedere Discipulos, donec pro cunctis solus oraret. Et dixit Discipulis suis : sedete bic , donec vadam illuc , & orem; & asumpto Petro, & duobus filiis Zebedaei, coepit contristari, & moestus es se. Superius in capitulo, ubi dicitur, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam; dictum est plenius de passione, & pro passione (a). Salvator hic per passionem vere

<sup>(</sup>a) Provocat forte ad aliam fui ipfins Homiliam, quam ignoramus,

coepit contriltari, ut ostenderet, veram alsumpsisse humanitatem: non enim dicitur. contristatus est, ut passio videatur in animo: eius dominari, sed coepit contristari, uti non passio, sed propassio ostenderetur. Contristabatur non timore patiendi, quia ad hoc: venerat, ut pateretur, sed propter infelicisfimum Iudam, & scandalum omnium Apofolorum, & reiectionem populi Iudaeorum, & eversionem miserae Ierusalem. Unde Ezechiel ex persona eius ait: In omnibus contristabas me. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem, sustinete bic, & vigilate mecum. Quod tristis est anima eius? Sed non est tristis propter mortem, sed usque ad mortem, donec sua passione Apostolos, & credentes liberaret, & hic dicendo aniamam refutat corum haeresim, qui dicunt, Dei Filium assumpsisse corpus sine anima, non eum credentes verum Hominem, sicut verum Deum (a). Etiam illos refutat.

<sup>(</sup>a) Hoc afferebant Apolli- SS. Patribus, & a variis narifae, impugnati a variis Conçiliis damnati.

qui dicunt, Dominum assumplisse animam, sed inrationabilem (a). Secundum humanitatem contriftatur Iesus, quomodo ergo contristatur, & scit tempus tristitiae, si anima eius inrationabilis est? Bruta vero animalia quamquam maerentur (b), tamen nec caussas sciunt, nec tempus, usquequo debeant contristari. Vigilate hic dixit, non a sommo, cuius tempus non erat, imminente discrimine, sed a somno infidelitatis. Mi Pater, st possibile est, transeat a me calix iste. Postulat Salvator non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicem propinantium, id est paffionem carnis ab illis accipiat, qui non posfunt habere excusationem ignorantiae, ut neseissent eum, quem omnis Rex, & Prophetae annuntiaverunt. Et ideo non dixit transeat a me calix, volens avertere a se omnem pas-

re etiam animam, fed quae mente careret, Verbumque divinum ei fuisse mentis loco.

<sup>(</sup>a) lidem Apollinaristaes hoc senserunt adhaerentes eorum duci Apollinari, qui errorem suum de Corpore Christi Anima carente retrastans addidit, sumpsisse sum corpo-

<sup>(</sup>b) Hoc est maerent; siquidem barbaris temporibus haec scripta sunt.

fionem, sed signanter air calix iste, id est, ut ab istius non patiar. Adramen in semetipso revertens hoc, quod trepidantis, & hominis personare invenerar, ex persona Filii, Dei confirmat dicens: Verumtamen none ficut ego volo, sed sicut tu, id est non hoc fiar, quod humano loquor affectu, fed hoc, propter quod tua voluntate descendi ad terram. Et per hanc vocem non exauditama ostendit, nihil conferret Redemptoris potestas humano generi, si quod peterer nostra infirmitas, obtineret. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem . Non ait : vigilate, ut non tentemini, quia impossibile est humanam animam non tentari, sed ne intretis in tentationem, id est, ne vos tentatio superet, & teneat intra suos casses; unde & in Oratione Dominica non dicitur, ne tentemur, sed ne nos inducas in tentationem, id est permittas induci in tentationem, quam ferre non possumus, non penitus refutantes tentationes, sed in tentationibus postulantes vires sustinendi, ut scriptum

cft: Beatus vir , qui suffert tentationem quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam. Cum dicitur : Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, docemur, non deberi temere putare quidquid crediderimus posse consequi, qui quantum de ardore mentis confidimus, tantum de fragilitate carnis timere debemus. Sed tamen opera carnis mortificari spiritu, Apo-Rolo hoc affirmante, credere debemus. Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Solus Salvator pro omnibus orat, qui pro omnibus solus erat passurus. Apostoli vero languescebant, & opprimebantur corum oculi vicina negatione. Surgite, inquit Dominus, eamus, ecce adpropinquabit, qui me tradet. Postquam enim tertio orayerat, confirmans hoc, ut in ore duorum, & trium testium paret omne verbum, & impetraverat sequenti poenitentia corrigendum timorem Apostolorum, securus de passione sua pergit sponte se persecutoribus inter-

terficiendum praebens, dicit Discipulis suis, surgite, eamus; non dixit in aliam partem. declinando persecutores, sed eamus illic, ubi venturi sunt, sicut & fecit, ut non nos inveniant ipsi timentes, sed ultro pergentes ad eos, ut videant gaudium, & confidentiam passuri. Adhuc ipso loquente, ecce Iudas unus de duodecim venit, & cum eo surba, & reliqua. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens, quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, &c. Eadem infidelitate, qua Salvatorem tradidit, putabat miser Iudas, ut non maiestate divina, sed magicis artibus fecisset Salvator signa, idcirco non palam, sed per signum osculi eum tradidit, timens, ne eorum manibus elaberetur, si hoc prius agnosceret, & accedens scelerata conscientia impudens osculum ingerit Magistro, quem tradebat, dicens: ave Rabbi; cui Salvator ait: amice, ad quid venisti, id est non venisti ad osculum pacis dare, sed tradendum me: hoc fac, ad quod venisti. Amicum eum aut ita

ita vocavit, ut supra dictum est (a): amice, quomodo huc intrasti non habens vestemo nuptialem, aut per antiphrasin, ut, dicto amico, intelligatur in contrarium, id est inimice. Et ecce unus ex bis, qui erat cum Iesu, extendens manum exemit gladium Juum, & reliqua. Secundum alium Evangelistam Petrus eodem mentis ardore, quo & cetera, exemit gladium, & percussit servum Principis Sacerdotum, qui dicebatur Malchus, id est Rex designans; quoniam populus Iudaeorum, qui aliquando fuerat genus electum, regale, & sacerdotale, sactus est servus impieratis, & devorationis Sacerdotum. Et amputavit auriculam. vius, scilicet dexteram, quia Iudaei totam litterae vilitatem audire consueverant in sinistram, id est in malam partem; ideo auditum dexterae auriculae, id est spiritualis, & bonae partis ab eis amputatum est, sed Salvator eis, qui credere voluerunt, & volunt ex Iudaeis, reddidit, & reddet aurem dexteram.

Et

<sup>(</sup>a) Provocare & bic etiam videtur ad aliam Homiliam.

Bt fecit, & faciet eum ex servo iterum genus regale, & sacerdotale, ut saepedictum est. In Sacra Scriptura dextera pars pro bono aliquo, & sinistra pro malo ponitur. Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Omnis, qui acceperit, id est praelumplerit gladium, etiam qui positus est ultor Dominicae irae in eum, qui male operatur, gladio peribit, eo nempe gladio, qui igneus vertitur ante Paradisum, & gladio spirituali, qui in Dei armatura ponitur, ut in Cantico Deuteronomii: Si arripuerit iudicium manus mea; & gladius meus devorabit carnes (a). An putas, quia nonpossum rogare Patrem meum, & exhibebis mibi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Una legio apud veteres complebatur sex millibus hominum, & x11. legiones faciunt LXXII. millia, quem numerum Angelorum Salvator posse habere professus est, se desendendum si vellet; ac si diceret: tot millia Angelorum possum habere

<sup>(</sup>a) Cap. XXII. v. 41., 6 42.

bere ad meam defensionem, quot sunt gentes, & divisiones linguarum hominum; idcirco non mihi opus est, ut vos me defendatis. Etiam toti duodecim, quia pro unoquoque vestri legionem possum Angelorum habere, sed ideo non eos habeo, quia sic oportet sieri, ut pro salute hominum patiar, & impleantur vaticinia Prophetarum de me, & agnoscatis per hoc, quia sponte patior. Tamquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus, & reliqua; ac si diceret: stultum est ad me non contendentem, & sponte ad vos venientem cum gladiis, & fustibus tamquam ad latronem venire, & me quotidie apud vos publice sedentem in Templo, & docentem, & nequaquam oculos vestros declinantem quaerere in nocte, quasi latitantem in tenebris. Sed ideo Dominum in tenebris quaerebant, quia eorum potestas erat in tenebris. At illi tenentes lesum duxerunt ad Caipbam Principem Sacerdotum, ubi Scribae, & Seniores convenerant. Caiphas, dicente Iosepho, non fuit

ex genere Sacerdotali secundum legemo Moysis, sed unius anni pontificatum pretio redemerat ab Herode. Nec est mirum. si iniques, & non legitimus Pontifex inique iudicavit. Petrus autem sequebatur eum a longe usque in atrium Principis Sacerdotum. Ideo Petrus dicitur, ut Iesum secutus esset a longe, quia negaturus eum erat, & intro sedebat cum ministris, amore Discipuli, & humana curiositate, scire cupiens, quod de Domino, & Magistro iudicaretur. Ceteris vero Apostolis fugientibus, Petrus, quamquam procul, tamen securus est Salvatorem . Possum destruere Templum Dei , & post triduum reaedisscare illud. Quamquam isti paucis verbis mutatis hoc dixissent, quod, Salvator dixerat, ideo falsi testes sunt appellati, quia non codem sensu hoc intellexerunt, & testificati sunt, quo illud Salvator dixerat. Salvator ait: solvite templum hoc, id est vos solvite templum corporis mei, non ego; ostendit, quod inlicitum sit, ut ipsi nobis inseramus manus. Isti Tom. 111. vero

vero immutaverunt dicentes : hic dixit : possum destruere templum Dei, dicentes de templo Iudaeorum. Et Salvator, ut ostenderet se de anima, & spirante templo corporis dixisse, subiunxit: & ego in triduo suscitabo illud; isti verterunt: & post triduum reaedificabo illud. Aliud enim est aedificare, & aliud suscitare. Et surgens Princeps Sacerdotum ait illi: nibil respondes ad ea, quae isti adversus te testificantur? Iesus autem tacebat. Silebat Dominus, quia quidquid respondisset non erat, qui defensionis verba susciperet, sed omne responfum eius ipsi Iudices ad calumniam vertere cupiebant; ideo nihil respondebat, ne qualibet occasione sermonis invenirent locum acculandi. Et quanto Ielus tacebat ad falsos testes, & Sacerdotes indignos sua responsione, tanto magis Pontifex superatus furore descendens de solio Sacerdotali eum provocat ad respondendum dicens: adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei; non enim ut crede-

ret,

ret, adiuravit eum, ut ei diceret, si ipse esset Christus Filius Dei, sed ut accusaret, sicut in sequentibus ostenditur. Cui Salvator, sicut & postea Pilato ita respondit, ut propria sententia condemnentur dicens: tu dixisti. Et audito, quod nolebat, ea rabies, quae eum iam de solio Sacerdotali depofuerat, provocavit & nunc eum ad scindendas vestes; erat quippe Iudaicae consuctudinis, audito aliquo blasphemo contra-Deum, scindere vestimenta sua. Sed haec scissio vestimenti, & descensio Pontificis de solio Sacerdotali mystice designat, Iudaeos Sacerdotii gloriam perdidisse, & vacuam sedem habere Pontifices. Tunc exspuerunt in faciem eius, & colaphis, id est pugnis, eum caeciderunt, id est percusserunt, & palmas ei in faciem dederunt; ut impleretur, quod scriptum est: Dedi maxillas meas alapis, & faciem meam non averti a confusione sputorum. Et cum percutientes essent insani, stultum erat verberantibus respondere, & prophetizare caedentem, id est percutientem.

tem. Sed quia non eis prophetavit, hoc vaticinatus est eis, ut pro iniquitatibus corum circumdaretur Ierusalem ab exercitu. ut non relinqueretur lapis super lapidem in templo. Petrus vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla dicens, & reliqua. Negaturus Petrus foris sedebat, & non propinquabat Salvatori, ficut & prius, a longe eum secutus est, ideo foris, & a longe, quia adhuc dubitabat, unde ei negavit. Et idcirco corporaliter non ei propinquabat timens, ne ministris aliqua suspicio nasceretur de eo. Tunc coepit detestari, & iurare, quia non novisset hominem. Negavit ter Petrus dicens, se nescisse Salvatorem, ficut ei praedixerat Dominus. Hoc in loco quidam praevolentes Apostolum desendere, stulte interpretati sunt dicentes, Petrum non Deum negasse, sed hominem, ac si diceret, nescio eum hominem, sed scio illum Deum; sed volentes Apostolum defendere, ut Salvatorem mendacii reum facerent, qui dixerat: amen dico tibi, quia in

in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Non ait hominem negabis, sed me negabis; si se dixisset negare, ergo & Deum, & hominem negavit, quia verus Deus, & verus homo est Dominus Iesus Christus. Et Petrus non erat ex alia gente, unde ei dictum est: nam & loquela tua manifestum te facit; sed ex Hebraeis erat, quod idcirco dictum est, quia unaquaeque provincia, & regio corum habebat proprietates suas in sono elocutionis, quas vitare inloquendo non poterant. Unde Ephrataei, ut dicitur in libro Iudicum, non possunt dicere Sinthema (a). Et ideo Salvator permisit, Petrum, quem cunctae Ecclesiae praeferre disposuerat, cadere in negationis culpam, ut in se disceret generaliter aliis misereri debuisse, & ex sua infirmitate agnosceret, quam misericorditer alienam tolleraret infirmitatem. Et sicut per seminam primus homo circumventus est, ita & per feminam cir-

(a) Iudicum Cap. xII. v. 6. quod Ephrataei corrupte prolegityr שבלת Scibbolet, nunciabant שבלת Sibbolet. circumventus est Petrus, & cecidit in negationem . Et continuo gallus cantavit, & reliqua. Cantante gallo, & minuentibus iam noctis, id est dubitationis tenebris, id est ignorantiis, propinquante iam luce, & secundum alium Evangelistam respiciente eum Salvatore, qui est lux mundi, unde non poterat in negationis tenebris permanere; per cuius respectum conversus ad amaras lacrimas Petrus egressus foras de atrio-Principis Sacerdorum, id est de impiorum Concilio, fordes pavidae negationis amaris fleribus lavit. Et flens nihil fertur dixisse; signatur, quia quod destendum est, cessare debet ab omni excusationis sermone, & solam animi amaritudinem per sletum Deo offerre, cui arcana cordis patebant. Et B.Petrus verebatur aliquid ore loqui, cum quo Salvatorem negaverat, sed tantum per amaritudinem cordis . & lacrimas oculorum a. Domino veniam postulabar. Solet citius indulgentiam mereri, qui verecunde postulat; in omni vero culpa a me est slendum, &

post precandum. Per hoc quippe nobis exemplum donatum est, qualiter nostra defleamus peccata. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Praesidi . Sollicitudo Sacerdotum in malum tota nocte vigilat, ut homicidium faciat, & quia hunc morem habebant, ut quem adiudicassent morti, ligatum eum traderent Iudaei, vinctum adduxerunt Salvatorem . & tradiderunt Pontio Pilato Praesidi, etiam & ad Herodem ductus est, ut uterque Domino inluderet. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia du-Etus, & reliqua. Videns Iudas Dominum adiudicatum morti retulit pretium Sacerdotibus, quasi in sua potestate esset murare sententiam persecutorum. Ideo quis mutasset voluntatem suam, tamen nil ei profuit; quia non potuit mutare exitum primae volunțatis, sicut ait S. Hieronymus. Nihil ei profuit egisse poenitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Si quando sic frater peccat in fratrem, ut emendare valear, quod pec-

peccavit, potest ei dimitti, sin antem permanent opera, frustra in voce assumitur poenitentia. Et non solum quia emendare non potuit, sed etiam cum prius scelus edidit crimen proprii homicidii, ut hoc impleretur, quod in Psalmo de eo cantatur: & oratio eius fat in peccatum. Refutantur hic, qui diversas naturas conantur introducere: dicunt, Iudam proditorem malae fuisse naturae, ideo in electione Apostolatus nequisset persistere (a). Mala quippe natura nonpotest poenitentiam agere, & idcirco isteconversus ad bonam naturam poenituit. Et sciendum est, quia nulla natura mala, & omne malum non est natura. Multo magis peccaverunt hi, qui offerendo pretium provocaverunt discipulum ad proditionem Magistri, & emerunt sanguinem iustum, quam ille, qui eum tradidit. Sed quid dicam?

(a) Manichaei nimirum, , qui duas dicebant in homine, animas esse, bonam unam, id est rationabilem, quae esse a bono principio, malam alteram, nempe concupiscentiam

tarnis, quae esset a malo principio, ut proinde homo omni libertate destitutus a bona ad bonum, a mala natura admalum incitaretur,

Bece Iudas yendidit, & Iudaei emerunt, ma-'lum negotium egerunt ambo, quia damnatificati sunt, & se ipsos perdiderunt. Venditores, & emptores esse voluerunt, quanto melius, si redempti essent. Ille vero dedit & illi emerunt. Infelix commercium! nec ille habuit pretium, nec illi habent Christum . Principes autem Saterdotum, acceptis argenteis, dixerunt, non licet mittere eos in corbonam, & reliqua. Insensati Principes Sacerdotum, culicem liquantes, & camelum deglutientes, id est parva legis diligenter observantes, & magna pro nihilo corrumpentes, non timuerunt essunderes sanguinem innocentem contra legem, quod est maximum scelus, timuerunt pretium sanguinis, quod est parvum scelus, mittere in corbonam, id est in gazophylacium inter dona Dei. De quo pretio quamquam alia voluntate, tamen impleverunt vaticinium, ut hic dicitur, Ieremiae Prophetae: Et acceperunt xxx. argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, & dederunt

eos in agrum figuli, sicut constituit mibi Dominus. Sed hoc testimonium non in Ieremia, sed in Zacharia, non his verbis, sed simili sensu, de quo sumptum hoc testimonium, more Apostolorum, & Evangelistarum, vulgatum est; qui, praetermisso ordine verborum, sensus tantum proferens in exemplum de V.T., & S. Hieronymus ait apud Hebraeos in quodam libro apocrypho Ieremiae vidisse hoc exemplum ad verbum scriptum, quod pretium in sepultura peregrinorum, qui peregrini a lege, & Prophetis erant, di-&um est. Et nunc quasi peregrini in hoc mundo habitant per fidem Christi, ut inpretio sanguinis Salvatoris requiescerent in eis, quae sunt ager figuli, id est vasa fictilia faciendis; figulus enim noster Christus est, per quem facti sumus. Ager hic mundus est, & fides Christi. Sepultura peregrinorum in agro figuli, id est Christi, quid aliud est, nisi requies Christianorum in fide Christi, abstinentium se a carnalibus vitiis, & concupiscentiis omnibus, tamquam a peregrinis, qui .

qui per baptismum mortificati huic saeculo, & vivificati sunt in requie Christi? Et cum accusaretur a Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nibil respondit. Nihil invenientibus Iudaeis, quid etiam falso obiicerent Salvatori, non habuit Pilatus quid aliud eum adsistentem sibi percontari, nisi iple esser Rex Iudaeorum ? Et quia Pilatus invitus premebat sententiam, eo quod ei dicebant Iudaei, si hunc dimittis, non es amicus Caefaris, quia legem se fecit in populo. Idcirco Salvator nolens Sacerdotibus aliquid respondere, isti ex parte respondit, ita ut & verum diceret, & sermo eius calumnia non pateret, dicens : tu dicis : Tunc dicis illi Pilatus: non audis, quanta adversus te dicunt testimonia? & non respondis ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Praeses vehementer. Nihil Salvator respondere voluit adversus testimonia contrase impugnantia, ne, crimine diluente, dimitteretur a Praeside, & crucis utilitas disferretur. Congregatis ergo illis dixit Pilas tus:

tus: quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Barabbas in Evangelio quod scribitur, iuxta Hebraeos interpretatur filius Magistri corum. Sciens Pilatus Salvatorem traditum propter invidiam, idcirco offert optionem populo dimittendi, quem vellent, de duobus, sperans Iesum potius eligendum; quo ostendit, quae caussa crucis sola invidia. Cui uxor sua misit, ut nihil ei cum isto iusto esset, consiterur se passam per visum multa propter eum. In Pilato, & uxore eius, qui sunt gentiles, confitentes iustum Iesum, ostenditur gentilis populi recta consessio, & saepe gentibus somnia revelantur a Deo. Multas occasiones liberandi Salvatorem dedit Pilatus; primum dedit optionem populo de eodem iusto, & latrone; dein quaerens, quid faciam de Iesu, qui dicitur Christus, qui est Rex vester? & respondentibus, ut crucifigeretur, non statim adquievit, sed quia male fecisse non agnoverat eum, quid enim mali

mali fecit ? Et adcrescente tumultu, nihil proficiente eius conamine, accepta aqua iuxta illud Propheticum: Lavabo inter innocentes manus meas, lavit manus, vocans iustum Salvatorem, & se innocentem a samguine eius; ac si diceret: ego illum innocentem volui liberare, sed quoniam oritur seditio, & per rebelliones mihi impingitur crimen contra Caelarem, non possum idcirco vos arguere, qui eum offertis, & illum agnosco, iustum fateor, vos videritis; ego sum minister legis, nam vestra vox sanguinem, non ego. Et in lavacro manuum Pilati ostenditur futura purgatio gentilium operum ab omni forde, & impietate Iudacorum, quia usque in praesentem diem perseverat imprecatio Iudaeorum dicentium: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Videns autem Pilatus, quia nibil proficeret, sed magis tumultus sieret, & reliqua. Stulta quippe simulatione timuit Pilatus, ne Iesus fieret Rex, & contradicerer Caelari, de quo certius & ipse, & omnes sciebant, quia humi-

humilitatem, & paupertatem opere, & verbis praedicabat, in quem non solum nonapparebat, sed etiam suspicari non poterat quodcumque fignum ambiendi regnum terrenum. Non divitiae, aut armorum, aut militum tyrannicus apparatus eum suspectum facere potuit de eo, ut regnare vellet, sed quia cognoscebat eum per invidiam iniuste traditum, volebat eum dimittere, unde & fuadebat eis, ut dimitteretur Iesus, illis consentientibus. Cum nihil in hoc proficeret, non exstitit veritatis, & innocentiae defenfor, ut potuit, sed volens Iudaeis placere secundum eorum voluntatem tradidit eum ad crucifigendum, & lavit aqua manus suas, ramquam super eam potuisset crimen simulationis lavare. Dixit namque eum iustum, sed volens hominibus placere in sententia. sua non tenuit constantiam, sed mitigans corum animos tradidit eis iustum flagellatum, & multis inrisionibus inlusum; designans eos, qui saeculo placere cupiunt in omnibus, Dei praecepta bene etiam cognita

COT-

corrumpere, unde & inimici Dei constituuntur . Tunc dimisit illis Barabbam , Iesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur. Barabba latro erat, id est diabolus seditionem faciens in populo, homicidiorum auctor dimissus est, perente eum populo Iudaeorum, qui usque hodie regnat in eis; idcirco nequeunt pacem habere, & quia legibus Romanorum erat statutum, ut crucifigendus prius flagellis verberaretur, quamquam eum prius iustum fuisse confessus Pilatus, & manus suas lavisser, ostendens se alienum a nece eius, tamen ministrans Romanis legibus tradidit eum militibus verberandum. Et ille verberatus est, ad cuius tabernaculum non appropiavit flagellum, ut a verberibus peccatorum liberaremur, dicente Psalmista; Multa flagella peccatorum. Tunc milites Praesidis suscipientes Lesum in Praetorio congregaverunt ad eum universam cohortem,& reliqua usque & duxerunt eum ut crucifigerent. Quia Iudaei crimen obiecerunt Salvatori, ut se Regem dixisset in populo Israel,

Israel, & vellet sibi in eo usurpare imperium, idcirco milites, eo accepto, nudaverunt eum pristinis vestibus, & prossilimbo, quo reges utebantur, induerunt eum chlamyde. coccinea. Et pro diademate ponunt ei spineam in capite coronam, & pro sceptro regali dant ei arundinem in dextera, & adorant, quasi Regem. Et quamquam illi alia mente haec omnia fecissent, nobis sacramenta tri--buerunt; in chlamyde coccinea ostenduntur cruenta gentilium opera conversa ad Salvatorem, digna fieri vestimentum eius; in spinea corona ostenditur solvi maledictum primi hominis; in calamo oftenditur occidi animalia venenata, & scribi sacrilegium Iudaeorum: & exspuerunt in eum, ut impleretur illud propheticum: Non averti faciem meam a confusione sfutorum: & arundine percusserunt caput eius, ut illud impleretur Esaiae: Calamum quassatum non confringet. Et attendendum est, quia cum flagellabatur, & conspuebatur, & irridebatur, non habebat propria vestimenta, id est non lecun-

secundum Deitatem haec omnia sustinuit s quia Deitas impassibilis est, sed aliena, id est ea, quae pro nostris peccaris sumpserat secundum humanitatem, quia semetipsum, ut inquit egregius Praedicator, exinanivit, formam servi accipiens passus est - Cum vero crucifigeretur, & praeterisset pompainlusionis, & irrisionis, tunc recepit proprias vestes, & ornatum Deitatis, & statim turbantur elementa, & creatori dat testimonium creatura. Idcirco namque passus est maledici, ut nos a maledictionibus liberaret; & inludi, ut nos auferret a daemonum illusione, quae in hoc mundo versatur, Exspoliatus est, ut nuditatem parentum nostrorum, quam doluerat factam serpentis consilio, niveo tegmine vestimentorum mirabiliter operiret. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenaeum, nomine Simo. nem, hunc angariaverunt, ut tolleret crucem eius. Exeunte Salvatore de Praetorio, fecundum Iohannem Evangelistam.ipse portabat crycem suam, & postea secundum Mat-Tom.III. thaeum

thaeum invenerunt hominem Cyrenaeum nomine Simonem, & angariaverunt eum, ut tolleret crucem eius. Simon, id est obediens, designat gentilem populum peregrinantem a lege, & Prophetis, obedientem praeceptis Salvatoris, & suscipientem crucem Ielu, & portantem ignominiam eius, in qua cruce intersecta est inimicitiautriusque populi, id est Iudaei credentis, arque gentilis, & reconciliari sunt ambo in uno corpore Deo. Crux enim apud Graecos generis est masculini (a). Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariae locus. Locus ille Calvariae extra urbem dicebatur, in quo truncabantur capita damnatorum: caput hominis dicitur calvaria. Et ideo ibi Salvator est crucifixus, ut ubi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrii, & ubi abundavit peccatum, superabundaret & gratia. Et quomodo pro nobis factus est maledictum crucis, sic pro omnium salute, etsi innoxius.

<sup>(</sup>a) Dicitur enim à saveds.

noxius, inter noxios crucifigeretur, ut scriptum est: Inter iniquos deputatus est. Quidam mendaciter dixerunt, ut ideo diceretur Calvariae locus, quia ibi caput primi hominis sit reconditum, id est ibi sit sepultus Adam, & ideo ibi sit Christus crucifixus, ut sanguis eius distillaret super tumulum. Adae; sed non est ita, quoniam Adam, ut in volumine Iesu filii Nave legitur, iuxta. Ebron, & Arbe sepultus est. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Amara vitis, id est populus Iudaeorum amarum poculum infidelitatis propinat Domino Iesu, ut impleatur, quod dictum est : Dederunt in escam meam fel, & in siti mea. potaverunt me aceto. Et cum gustasset, id est amaritudinem mortis, noluit bibere, sed tertia die resurrexit. Accepit sel, ut dulcem gustum primi hominis, unde mors invaserat in mundum, commutaret in dulcedinem diviniraris suae. Diviserunt vestimenta Salvatoris, postque eum crucifixerunt, ut illud Psalmistae impleretur: Diviler un t K 2

serunt sibi vestimenta mea, & Super vestimenta mea miserunt sortem. Et sedentes servabant eum, ut eorum diligentia in salutem credentium surgeret. Cognitis omnibus mirabilibus passionis ac resurrectionis illius, & patefactis per cos, & in ligno suspensus est, ut praevaricationem ligni tolleret ligno passionis suae. Et in alto, non sub recto, sed sub solo caelo est immolatus, ut aeramundaret altitudine suspensionis suae, & terram pariter, & aerem mundaret effusione aquae, & sanguinis egredientis de latere suo, & per crucis mysterium ape-'ruit Paradisum primo homini clausum, & illuc introduxit latronem, dans nobis fidei spem, ut conversi ab omnibus iniquitatibus nostris non desperemus de indulgentia Redemptoris. Et imposuerunt super caput eius caussam ipsius scriptam: HIC EST TESUS REX JUDAEORUM. Confuetudo Iudaica erat scribere super caput damnatorum crimen, pro quo damnati fuislent;

sent (a); & quia multis falsis testibus adsistentibus nihil potuit invenire Pilatus, unde
Salvator damnandus esset, sicut & ipse eum
iustum professus est, & voluit eum dimittere, nec potuit, dicentibus sibi Iudaeis: si
hunc dimittis, non es amicus Caesaris,
quia regem se fecit; idcirco solam hanc
caussam super eum scripsit: Hic est Iesus
Rex Iudaeorum; quam scripturam voluerunt Iudaei mutare, ut diceretur: quia dixit, Rex sum Iudaeorum. Sed ut impleretur illud, quod de eo in Psalmo canitur:
Non est illi commutatio; & ut ostenderetur, quod suturum erat, ut gentes hunc,
quem Iudaei spreverunt, Regem Iudaeorum

(a) Non folum tabella, sentitulus damnationis reorum. capiti, vel pettori appositus in usu erat apud Hebraeos, verum etiam apud Romanos, tesse Svetonio in Caligula cap. 32. Mos hic praesertim cum. Christianis servatus est. Hunc titulum adsert Eusebius Histor. Eccles. Lib.v. cap. 1: Hic. Est. Attalvs. Christianns. In. Martyrologio Usuardi XIII.

K 3 CreKal. Febr. de S. Sebastiano M.
dititur: Iusius est sub titulo
Christianitatis a Diocletiano
Imp. ligari in medio Campo.,
& fagittari a militibus. Media
insuper aevo bic mos obtimute,
cuius nonnulla exempla adducit vir eruditus Dominicus M.
Mannius in Commentar. de.
Titulo Dominicae Crucis archetypo cap. vii. cap. 15.

crederent, id est Imperatorem credentium, & confitentium illum, ait Pilatus: quod scripsi, scripsi. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, unus a dexeris. & unus a sinistris. Et si Golgotha non est Calvariae locus, non est locus damnatorum, ut praedictum, sed tumulus Adam secundum quorumdam errorem, & ideo ibi sit Dominus crucifixus, ut suscitaret Adam, cur ergo duo latrones illic crucifixi sunt cum-Iesu, nisi quia, ut praesati sumus, illic puniebantur damnati, & ut impleretur vaticinium illud propheticum: In medio duorum animalium innotesceris, id est in medio duorum latronum, & duorum testamentorum, inter Moysen, & Eliam in monte? Praetereuntes autem, id est nolentes in vero itinere Scripturarum ambulare, in quo Salvatorem agnoscerent, sed praetergredientes illud blasphemabant Salvatorem, & quia prius moverant pedes non stantes super petra, quae est Christus, movebant & tunc capita sua insultantes in idipsum dicebant, id est falsi

falsi testes . Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & Senioribus dicebant: alios salvos fecit, seipsum non... potest, &c. Confirentur Scribae, & Pharisaei Salvatorem alios salvos secisse, & per fuam se vocem condemnant, quia ille, qui alios fecit salvos, & se poterat tunc salvare de crucis confixione, si vellet, & descendere de ea, si sciret futurum esse in salutem eorum. Sed ideo non descendit de ea, quia sciebat eos non converti ad fidem, sicut nec pro fortiori signo postea conversi sunt, cum milites ab eis deputati ad custodiam sepulcri Domini nuntiaverant eis, sicut viderant Dominum resurrexisse. Plus namque suit mortuus de sepulcro surgere, quam vivens de cruce descendere. Etiam & diaboli immissio erat in hoc dicto; statim enim, ut crucifixus est Salvator, senserunt adversariae potestates virtutem crucis, & fractas vires suas, conatae sunt hoc, ut de cruce descenderet, quarum Salvator insidias sciens permansit in patibulo, ut diabolum destrueret. Id-K 4

Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cym eo, improperabant ei . Manhaeus asserit, quod ambo latrones crucifixi cum Domino id ipsum, quod & Iudaei, improperassent Salvatori. Et Lucas dicit, ut altero blasphemante, alter confessus sit, & e contrario increpuerit blasphemantem. Sed uterque convenit, quia prius uterque blasphemaverant, dehinc fugiente Sole, commota terra, disruptis saxis ingruentibus (a), unus credidit in Iesum, & sequuta confessione emendavit primam negationem, & arguit blasphemantem, & alter permansit in sui cordis duritia. Etiam & tropus potest esse, qui dicitur Synecdoche, ut pro uno latrone uterque inducatur blasphemasse; sed postea, visa signorum magnitudine, gentilis exterritus credens egit poenitentiam, & usque hodie Iudaeos increpat blasphemantes, & cum Salvatore est & numquam heri, aut cras. Et cum illo die Salvator secundum hominem corpore fuerit in terra, & apud infe-

<sup>(</sup>a) Forte ingentibus.

inferos anima, sciendum est, quia secundum effectum divinae potestatis implevit hoc, quod secundum alium Evangelistam ait latroni: Hodie mecum eris in Paradifo, qui ubique est Deus, & ubi Deus est, ibi & vita, & amoenitas est aeterna, & Christus secundum divinitatem in terris erat. & caelos non deserebat. A sexta autem bora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad boram nonam. Ecclipsis, id est defectus solis primum sit, nisi in ortu lunae, & numquam per tres horas stare potest ipsa obscuratio; idcirco cum dicitur, ut in Pascha, quando luna plenissima est, pendente Domino in cruce, tenebrae factae fuissent a sexta hora usque ad horam nonam, tollitur omnis occasio infidelium, ne post sint dicere, quod umbra terrae, vel orbis lunae suisset oppositus soli, unde illi tenebrae fuissent effectae. Sed & hoc propheticum est tunc dictum impletum: Occumbet sol in meridie, & contenebricabitur super. terram in die lux. Et alibi: Occubuit sol, cum

cum adbuc meridies eset. Retraxit autem luminare maius radios suos, ne aut pendentem Deum videret, aut blasphemantes eum sua luce fruerentur. Et sexta hora in cruce clevatus Dominus, sicut in sexta mundi actate pro falute omnium incarnari dignatus est. Eli, Eli lamasabacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquifi? Hac ratione hic dicit Salvator, ut quid me dereliquisti? qua ratione & formam servi assumpsit, & in ea passus est, & in cruce pependit, & emisit spiritum, & iacuit in sepulcro. Ita dicitur in Psalmo xxi., sicut & in hoc Evangelio: Deus meus, quare me dereliquisti? Quod autem in medio dicitur, respice in me, ait S. Hieronymus, ut non sit apud Hebraeos. Et errant, qui putant hunc Plalmum ex persona David, vel Ester, aut Mardochei dictum, cum & testimonia Evangelica ex eo sumpta sint: Foderunt manus meas, & pedes meos; & diviserunt sibi vestimenta mea, & reliqua; quod neque David, neque Ester, neque Mar-

Mardocheo factum est, sed Salvatori Christo. Dei Verbum Deus de Deo ita sociavit sibi veram humanitatem, & persectam ex Virgine, ut & Deitas, & humanitas eius una effecta persona, non possit humanitas sine Deitate nasci, pati, mori, in sepulcro quiescere, & resurgere, ac secundum animam in inferno descendere; idcirco propter hanc societatem humanitatis dicitur Deus Verbum natum, passum, &c., quod secundum Divinitatem impassibile est, & incommutabile, & fine initio a Patre genitum ineffabiliter. Sicut enim homo ex anima, & corpore una persona, ita & Dei Filius ex anima, & carne, & Deitate una persona manens, id quod erat Deus, assumpsit hominem, non ut humanitas transiret in Deitatem, vel Deitas in humanitatem, sed humanitas assumpta est a Deitate in unitate personae; idcirco Virgo Maria uno conceptu, uno partu secundum veritatemo utriusque naturae & mater est Domini, & ancilla. Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant; Eliam vocat iste. Dicto Eli

Eli Eli, non omnes, sed quidam illic stantes, quia aestimamur milites fuisse Romani, non intelligentes proprietatem Hebraei sermonis, putabant Eliam vocatum a Salvatore; & si Iudaei intelliguntur suisse, more solito fecerunt, intelligentes quod dictum fuerat, sed volentes Dominum infamare imbecillitatis dixerunt, ut ille auxilium Eliae deprecatus fuisset; quod autem dicitur: ut quid me dereliquisti?, non est dictum amissione auxilii, quoniam Deitas iuncta humanitati, una persona cum ea essecta numquam reliquit humanitatem assumptam, sed dictum est de definitione monendi, ut notum omnibus faceret, quia pro salute, & redemptione omnium non oportuerit eums erui, vel defendi, sed saevientium manibus derelinqui occidendum. Ita enim fuit Patris, & ipsius voluntas, ut non solum Pater relinqueret eum, sed ipse se relinqueret non trepida, sed voluntaria discessione, ut ab imbecillibus crucifigeretur potestas, & Iudaei putarent eum relictum a Deo, nescien-

scientes sacramentum mirabilis patientiae eius. Et continuo currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto, & dara Salvatori ad bibendum, impletum est: In siti mea potaverunt me aceto. Et usque hodie Iudaei, & omnes increduli Dominicae resurrectionis Iesum non suavi potu sidei, & bonorum operum, sed aceto, & felle potant, & dant ei vinum muratum, ut eum consopiant, & mala corum ne videats. Aceto potatus est Dominus, ut in se susciperet acredinem, qua efferbuerat sanguis noster, & ipse libaret calicem passionis, qui nostris passionibus debebatur. Ceteri vero dicebant ; sine , videamus , an veniat Elias liberans eum : lesus autem iterum. clamans voce magna emisit spiritum. Indicium divinae potestatis est emittere spiritum, ut ipse iam dixerat : Potestatem habeo ponendi animam, & iterum sumendi eam . Et illud : Nemo potest tollere animam meam a me, sed ego ponam eam as me, & sursum accipiam eam. Nullus enim habet

habet potestatem dimittendi spiritum, nisi ille, qui est conditor animorum. Spiritus hic pro anima ponitur, eo quod faciat corpus spirabile, & vitale, & quia substantia animae spiritualis est; iuxta illud : Auferes spirisum eorum, & deficient. Et ideo mortem ad se venire permisit, ut eam adverfus se colluctantem, & dimicantem prosterneret, & qui per serpentem invenerat regnantem, cum iplo serpente prostrata sieret captiva per Christum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum. Per scissionem veli templi fignificat omnia sacramenta legis prius tecta, & obumbrata in aenigmate tunc perdita funt in duas partes, id est transferunt haec perdita ad populum gentium, quae prius teca solis Iudaeis erant. Scissum est, quia aperit perdita, scindit dura corda gentilium, & in Evangelio saepe dicto a nobis refereur, tunc fuisse divisum superliminare templi factum infinitate magnitudinis. Et Iosephus refert virtutes Angelicas, quae Prac-

Praesides erant templi, tunc clamasse: transeamus ex his sedibus. Er secundum historiam terra mota est, & petrae scissae, & monumenta aperta sunt, ut omnia elementa Dominum suum esse ostenderent crucifixum. Et mystice mota terra, & scissae petrae, & monumenta aperta credentes oftendunt, qui derelictis pristinis errorum vitiis, & emollita cordis duritia similes prius nimulis (sie) mortuorum, postea Creatorem agnoverunt suum. Et multacorpora Sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt. Et quamquam monumenta. aperta fint, non antea resurrexerunt corpora Sanctorum, quam surgeret Salvator, ut esset ipse primogenitus resurrectionis ex mortuis, & post resurrectionem eius multa, non omnia resurrexerunt. Es exeuntes de monumentis venerunt in sanstam civitatem . Historialiter Ierusalem terrena. non ut tunc sancta esset, sed ipsa antea. fuerat sancta dicta propter templum, & Sancta Sanctorum, quae erant in ea, & per distin

# i 60 🔖

distinctionem aliorum oppidorum, in quibus idola colebantur, vel mystice venerunt in Ierusalem caelestem, quia resurgentes non iterum ad sepulcra redierunt, ut iterum morerentur, & corrumperentur.



# HOMILIA REMIGII EPISCOPI LUGDUNENSIS IN NATALE SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE OUAM

EX CODICE MS. VATICANO

NUNC PRIMUM PUBLICI IURIS FACIT

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS.

Tom. III.

# IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII AD PRAECLARISSIMUM AC NOBILISSIMUM PRAESULEM

#### IOSEPHUM AB AURIA PAMPHILIUM

ARCHIEPISCOPUM SELEUCIENSEM

Et Nuncium Apostolicum apud Galliarum Regem Christianissimum

# PRAEFATIO.

VITA sunt, quae me de familiaritate. cum doctissimo Viro Augustino Antonio Georgio Augustinianae Familiae Procuratore Generali & gloriari, & gaudere summopere compellant. Ast illud in primis mihi haeret animo, ac illud inter cetera potissimum censeo, quod eius causa tibi, Praesul amplissime, innotuerim, mibique quinetiam tuas Virtutes, ac merita cominus demirari contigerit. Qui ergo quasi conciliator exstitit meae in te observantiae, tuqeque in me humanitatis, ipse & interpres etiam fuit voluntatis tuae, quam huic meo in te officio facilem, ac propitiam spopondit, qui nimirum animi tui suavitates sane eximias, & ad omnes etiam demerendos paratissimas perspexerit. Pudet me quidem coram te nunc sistere Opusculum ita mole exiguum, quod si a paginarum serie quis metiatur, infra tui dignitatem esse quammaxime videatur. Verumtamen si boc ab L 2 Auto-

Authoris nomine perpendatur, qui tuo ipso polle-bat amplissimo charactere, qui fere hoc eodem caelo, quo tute nunc perfrueris, alebatur, quique demum antiquitate, & celebritate virtutum etiamnum commendatur, crit fortasse, cur haud me nunc tamquam levidense munus afferentem despicias, nec cur quisquam etiam me hoc ipfo nomine criminetur. Est hic Remigius Episcopus Lugdunensis, qui floruit ab anno Decelit. usque ad annum Decelxxv., & de quo videnda Gallia Christiana (a) , & Historia Litteraria Galliae (b). tum etiam Iohan. Albertus Fabricius in eius Bibliotheca mediae, & intimae Latinitatis (c), qui & ipsius Opera accurate recenset. Plures eiusdem Homilias ex variis Codd. Ms. Bibliothecae Mediceae Laurentianae refert Vir de Republica Litteraria, ac de nobis quinetiam optime meritus Angelus M. Bandinius in Tomo I. Catalogi Codd. Ms. Latinor. laudatae Bibliothecae, quas nunc quidem consectari nimium foret. Ceterum illud affirmare possumus, nostram inter illas, quarum ibidem argumenta designantur, addito insuper initio, & fine singularum, citra omne dubium desiderari. Episcopi nomen, quod Remigio in Codice adfigitur, de Lugdunensi nos commonefacit; quandoquidem Remensis saeculi v1., hoc etiam nomine, & Episcopali dignitate insignitus, nimis a nostri aetate. ac stilo distat; Antissiodorensem vero, cuius alteram Homiliam superius adduximus, numquam. Episco-

(a) Tom.iv. pag.6.

Patavin. 1754. cum additionibus Mansii.

(b) Tom.v. pag.449.

(c) Tom.v. pag.67. edit.

Episcopum renunciatum novimus, qui Monachus perpetuo fuerit, quod etiam eruditissimus Balonius. Cardinalis in adnotationibus ad Martyrologium Romanum contendit (2). Remigium Clarum Florentinum, & Remigium Monachum & Abbatem Monasterii Mediolanensis non morer , qui certe cum nostro nibil commune habent. Homilia, quam nuno edimus, eruta est ex Cod. Ms. Vaticano, qui num. 1269. recensetur (b), atque babita videtur. a Lugdunensi Episcopo in Natali Sansti Iohannis Baptistae, cum ad locum Evangelii Santti Lucae, qui est de Elisabethae partu(c), Auctor initio provoect, eumque tota oratione exernet. Tu, qui pro tua pietate maiorem inter natos mulierum, tum uno. tempore veteris Patriae, Reipublicaeque tuae Patronum pluximum colas, libeuter etiam eius laudes excipies, ac libentius leges, qui nimirum solidiorum de Leclesiasticis potissimum disciplinis Scriptorum lectionem vix ex ephebis ogressus incundants & familiarem pabueris . Ad hanc vero cum tu vitam, O mores tam cito conformaveris, ut senilem actatem in prima ipsa adolescentia referres, quid mirum, si post splendide perattum ablegationis munus ad nuper natum Infantem Hispaniarum te, CLE-MENS XIV. P. O. M. bonorum omnium Fautor, & Patronus munificentissimus rarissimo exemplo Archiepiscopum Seleuciensem ea aetate renunciaverit, qua vix ceteris ad inferioris Sacerdotii gradum aditus patet, ac te dein ad Ludovicum XV. L 3 Gallia-

(b) Pag.41.

<sup>(</sup>a) Ad d. 1. Octobr.

<sup>(</sup>c) Cap.1. vers. 57.

Galliarum Regem Christianissimum Apostolicum Numsium designaverit ? Quid vero non exspectandum. in posterum a te , qui ipsas spes optimas , quas de te omnibus excitaveras, in ipso adolescentiae flore superaveris? Deus certe, qui te avita nobilitate, & opibus spectatissimum peculiaribus donis, & honoribus mature ditavit, id etiam perficiet, ut quemadmodum, monente Sanctissimo Monasticae disciplinae Parente Benedicto Abbate (a), sacpo iuniori Dominus revelat, quod melius est, sic in ingenti isthac Aulae Parisiensis luce Ecclesia-Sticae Disciplinae normam te praebeas, iurium Apo-Stolicorum aufforitatem tuearis, reique Catholicae curandae munus pro viribus, & dignitate perfolvas. His vero splendide, sapienterque peractis, videant to cito Quirites ad Patriam reducem, insigniori, sublimiorique dignitate honestatum, immo dignitate ipsa maiorem , habeatque Ecclosia , cui plurimum fidat, ornamentum, ac columen praestantissimum. Interim peto a te, ut hominem tui studiosissimum, tibique obsequentissimum tua gratia, & clientela fovere ne graveris. Vale.

Datis Roma Kalendis Aprilis anno a reparata falute c1010cc1xx1v.

(a) Cap. 111. Sanctae Regulae



### LECTIO EVANGELII

SECUNDUM LUCAM

In illud : Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit filium, &c.

REMICII EPISCOPI.



ON folum opera, & virtutes Sanctorum plena funt admirationibus, sed etiam ipla verba, & eadem opera, quae

ad memoriam posterorum scribuntur, aliquando a myseriis vacua non sunt, quod in exordio huius Lectionis Evangelista ostendere voluit : cum Praecursoris Domini nativitatem descripturus ait : Elisabeth impletum est tempus pariendi, & peperit silium. Verbum quippe impletionis Scriptura sacra in bonorum tantum ortu , actu, vel obitu ponere consucvit: Denique impleti sunt dies Mariae, ut pareret flium; 💁 Elisabeth impletum est tempus parlendi s & Sa-

🕹 Salomon implevis aedificare domum Dei. Mortuus est Abraham, vel aliquis alius patrum senex, & plenus dierum. Merito enim in operibus Sanctorum implețio memoratur, quia etiam in brevi tempore ad cumulum persectionis perveniunt: sicut de uno illorum scriptum est ! Confummatus in brevi explevit tempora multa, quia placita erant Deo opera illius. Ut ergo ostenderet Evangelista a quantae perfectionis Praecurior Domini fururus effet in iplo or su nativitatis eius verbum impletionis ponere rectum duxit. At contra dies impiorum manes sum 2 & vacui 2 qui licet longo tempore selleiter vivant, monquem tamen ad; cumulum perfectionis perveniunt ande, quie, bus Scripulca air : Viri sanguinum ii 6: 40% loss non dimidiahuns dies suos, & sieut des corum Principe per B. Job dicious V Antequam dies sius impleantur a penibit, us incolnerie Acho folvesurida Joea Suo. Ecrum umbraticam felicitatem line perfectione trauliumin despererat Plalmista, cum dicebat:

cebat: Vidi impium superexaltatum, 🕹 elevatum, ficut cedros Libani. Et audiwerunt vicini, & cognati eius, quia mas: gnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, de congratulabantur ei. Concordat haec Evangelistae narratio cum promissione Evangelica; cum enim Angelus Zachariae nasciturum Iohannem promitteret: inter cetera aic: Et erit tibi gaudium, 🐠 multi in nativitate eius gaudebunt, Nunc autem nato puero Evangelista adiungit dis cens : Et audierune vicini , & Tognati! eius, quia magnificavit Dominos misericondiam fram com illa ; Or congratulaban. tur ei . Merito enimovicini . 80 cognati Elifabeth congratulabaniur, simon folum quodi proveda actate filium genuisser, eled etiam quia ad similirudinem Saraei, : 80 Annae per: repromissionem eum accepit, quod superius Evangelista de Zacharia, & Elisabeth protection lerat, quia erant ambo iufti antel Deum if incedentes in amnibus mandatis 191 de imple ficationibus Domini fine querelas. Hoc nunc

nunc in illorum operibus demonstrar, cum aic: Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Praeceptum erat in lege, ut infans recens natus octavodie circumeideretur, ubi declaratur, cum quanto studio alia praecepta legalia observabant, quia in huius mandati custodia tam studiosi erant. Hi autem, qui convenerant vicini, & cognati, vocabant eum nomine patris sui Zachariam, ut dignitas, quae in parre sene & muto videbatur amissa, in filio recuperaretur. Quod autem die circumcisionis nomina pueris imponebants ex ex in auctoritatem credimus venisse, quod: B. Abraham Patriarcha cum signaculo cirmincissonis augmentum, vel immutationem promernit nominis. Et respondens mater eius dixit : nequaquam, sed vocabisen lobannes. Hoc enim ait, cum a marito non didicerit, quippe quia ex eo, quod. filium rasci non crediderat ... mutus permanebar, sed quod ille ab Angelo, ista didicerat a Spiritu Sancto. Decebat enim, ut novae gratiae praeco novo vocaretur vocabulo, quod ei ponebat divina electio, nonautem carnalis cognatio. Et dixerunt ad illam, quia nemo est in cognatione tua., qui vocetar hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum, 💁 postulans pugillarem scripste dicens: lobannes est nomen eius. Hi, qui convenerant, vicini, & cognati, qui nomen parris filio imponere volebant, patrem mutum interrogare saugebant, at ille postulans pugillarem, id est stilum scriptoris (a), quod verbis non poterat, litteris expressit dicens: Iohannes est nomen eius; ac si diceret, nonpos ei nomen imponimus, quia habet vocabulum; quod agnovimus, non quod elegimus. Hoc & nomen non tunc ei primum imposirum est, sed antequam nasceretur, quando a Gabriele Angelo Zachariae dictum est: Ne simeas, Zacharia, exaudita est 07 4-

<sup>(</sup>a) Proprie pugillaris non cera illita, in qua pungendo erat stilus, sed erat tabella. stilo impresso scribebatur.

orasio (a) tua: & Elisabeth unon tua paries tibi filium, & vocabis nomen cius. Iobannem. Ubi magnus Praecursor Domini futurus praemonstratus est, quando eius nomen, antequam nasceretur, praedictum. est. Novum enim aliquid in corum actibus futurum praemonstracur, quibus ante nomina a Deo imponuntur, quam corporaliter nascantur, quod de Isaac, & Ismaele legimus, de Salomone, & Iosia, de Iohanne Baprista, & Domino Salvatore. Magnus ergo iste-Ichannes futurus ostenditur, qui anrea est nominatus, quam natus. Cui illud convenire potest, quod divina voce Ieremiae dicitur: Priusquam te formarem in utero 3 nevi se, & antequam exires de vulva,. Sanctificavi te , & per Prophetam in gentibus dedi te. Et iterum : Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meae recordatus est nominis mei, exposuts os meum. quasi gladium acutum sub umbra manus. Suac 02.4

<sup>(</sup>a) Lucae Cap. 1. v. 13. Vulgata legit deprecatio, tum Ec uxor tua Elifabeth.

Juae protexit me. Et mirati sunt universi de tali scilicet concordia, quod mater verbis, pater scriptis in nomine filii concordarent, mirati sunt, maxime tamen cum ineorum cognatione nemo vocaretur hoc nomine. Apertum est illico os eius, & loquebatur benedicens Deum. Merito linguam, quam infidelitas vinxerat, fides absolvit, ut impleretur, quod ab Angelo ei dictum fuerat : Pro eo, quod non credidisti verbis meis, eris mutus, nec poteris loqui usque in diem, quo hace fiant. Quiz enim vox clamantis in deserto nascebatur, merito in eius nativitate lingua patris, qui prius obmutuerat, absolvitur. Loquebatur autem non verba otiosa, vel fabulosa, sed benedicens Deum, quia consuetudo Sanctorum est, ut cum semper benedicant Deum in omni tempore, maxime tunc in eius benedictione ora relaxent, quando ab aliqua. tribulatione liberati fuerint. Quod hymnus trium Puerorum plenius declarat, quo incamino ignis ardentis deambulantes non folum

lum Deum benedicebant, sed etiam omnem creaturam ad eum laudandum provocabant. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana ludaeae divulgabantur verba baec. Quia praeco iudicis nascebatur, non solum vicini, sed etiam aliorum corda timore commovebantur. Et quia audierant illum per repromissionem Angelicam de sene patre, & sterili matre natum, & quia videbant in eius nativitate linguam patris esse solutam, non solum admiratione, verum etiam timore corda eorum commota sunt. Unde & subditur: Et posuerunt omnes in corde suo, qui audierant, dicentes: quis, putas, puer iste eris? Quod est dicere, qui talis est recens natus, qualis erit magnus? Sed ne putares, Iohannem hanc gratiam alia virtute adeptum esse, & non per divinum auxilium, recte subiungitur: Etenim manus Domini erat cum eo. Manus Domini in scriptura. aliquando divinae protectionis auxilium significat, sicut in Psalmis legitur: In maaus

nus tuas, Domine, commendo spiritum. meum. Es Zacharias pater eius impletus est Spiritu Sancto, & prophetavit. Legitur, quia ille natus est, qui non solum Propheta, sed etiam plusquam Propheta suturus erat, quod & Salvator noster ait in-Evangelio: Inter natos mulierum non surrexit maior, non solum officium loquendi in eius nativitare pater recepit, sed etiam. spiritu prophetiae repletus adventum Salvatoris praenuntiavit, quod quia vicinum futurum perspexie, prophetico more quasi iam factum narravit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suae. Visitatio quippe ad infirmos pertinet, redemptio ad captivos. Visitavit ergo, & fecit redemptionem plebis suae per adventum suum Dominus Iesus Christus, qui in se credentes & a languore animae liberavit, & a captivitate diabolica pretiolo sanguine redemit, unde finis huius Cantici ita concluditur : Visttavit nos oriens ex alto, illuminare bis, qui

qui in tenebris , & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Plebi suae dicit, non quod hanc veniens suam invenerit, sed quia eam visizando, & redimendo suam secerit, sicut ipse per Osee Prophetam dicit : Vocabo plebem meam non plebem meam , & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Haec de nativitate Praecursoris Domini ad litteram breviter dicta sunt. Spiritualiter cum Iohannis celebrantur nativitates, Novi Testamenti inchaztur sublimitas; a diebus enim Iobannis Baptistae, ut ait Salvator, regnum Caelorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud (a). Congratulabantur vicini, & cognati Elisabeth in nativitate Iohannis, gaudium natum est in Caelo Angelis de ablutione renatorum, Domino dicente: Gaudium erit in Caelo coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente, quam super kcix. iustis, qui non indigent poenitentia; sive congratula-

<sup>(2)</sup> Paullo aliter legitur Matth. Cap. XI, V. 12.

tulabantur vicini, & cognati genitricis inortu novi pueri, quia Ecclesia spirituale gaudium habuit, cum fidelem Prophetam per baptismum genuit. Convenit autem gratiae N. T., quod eiusdem Praeconis circumcisio octava die celebratur; octonarius enim numerus ad fidem resurrectionis pertinet, dicente Salomone (a): Da partem septem, nec non & osto. Et Dominus Iesus Christus octava die resurgens a mortuis nostram refurrectionem in octava aetate saeculi futuram demonstravit. Recte cum N. T. inchoatur, Iohannes octava die circumciditur: pulchre etiam nativitate Praeconis lingua absolvitur patris, quia & spiritualis Sacerdotii dignitas, & V. T. mysterium, quod absconditum, & ligatum erat, post Domini resurrectionem manisestatum est, & declaratum. Hi autem, qui patris nomen puero magis, quam Iohannis imponere volebant, illam partem populi significant, qui magis ex operibus legis, quam per fidem Christi Tom !!!. homi-

<sup>(</sup>a) Escles. Cap.xs. v.2.

hominem posse iustificari credebant. Sed mater haec prophetico spiritu prohibet dicens: Nequaquam, sed vocabitur Iohannes; quia Ecclesia eorum ablutionem, quos per baptismum regenerat, magis per sidem, & gratiam, quam per opera legis posse impleri credit. Quod nomen Iohannis in nostra lingua sonare videtur gratia Dei, sive in quo est gratia (a). Gratia Dei, ait Apostolus, salvae factae sunt gentes; & sicut alibi ait : Neque circumcifio aliquid valet, neque praeputium, sed fides, quae per dilectionem operatur; unde spiritualiter patris nomen puero imponere volentibus Petrus Apostolus, & Elisabeth contradicunt, cum ait: Quid vultis imponere iugum super cervicem Discipulorum, quod neque nos; neque patres nostri portare potuimus , sed per gratiam lesu Christi credimus salvari, seut & illi? THO-

tia, vel quod parentibus infenectute concessus ex gratia fuerit, vel etiam in alterutro Remigii jensa.

 $\mathsf{Digitized}\,\mathsf{by}\,Google$ 

<sup>(</sup>a) Iohannes Hebraicum. tia, vel que nomen est, quod ea lingua fenetture con exprimitur (2017), id est Iohanna radice 17 hhen gra-

THOMAE PHAEDRI INGHIRAMI

VOLATERRANI

IN LAUDEM

PETRI'DE VICENTIA

EPISCOPI CAESENATIS

ET CAMERAE APOSTOLICAE AUDITORIS

ORATIO FUNEBRIS

Ex Cod. Ms. faeculi xvr. Bibliothecae Cl. Praesulis Marii Guarnacci

- NUNC PRIMUM ERUTA

A D. PETRO ALOYSIO GALLETTIO ROMANO

ABBATE S. VICTORIAE

IN MARCHIA ANCONITANA

CONGREGATIONIS CASINENSIS.

#### IOHANNI. ANGELO. BRASCHIO-

PATRICIO. CAESENATI

S. R. E. CARDINALI . PRESBYTERO:

ABBATI . SVBLACENSI 4 RT . CLIVI . SCAVRI

VIRO

VERITATIS . AEQVITATISQUE . AMATORI . INTEGERRIMO
STUDIO . BONARUM . ARTIVM
SACRARUM . DISCIPLINARUM

MAXIME . VTRIVSQVE .: PRVDENTIAE

CAB - ADOLESCENTIA D ASSIDVE VACANTA ?

OB. SVMMAM. IN . REBYS . AGENDIS. DERTERITATEM

SINGVLAREM . FIDEM . ANIMIQUE . CANDOREM
AD . MAGNA . NEGOCTA GA . PONTIFICIBVS

ADHIBITO

QVI

THESAVRARII. CAMERAE. APOSTOLICAE
SPLENDIDISSIMO. MVNERE

QVO. A. BEATAE. MEMORIAE. CLEMENTE. XIIL P MÀ

COHONESTATVS . FVERAT

EGREGIE . FVNCTVS

ET.A. CLEMENTE. XIIII. P. O. M

IN . AMPLISSIMVM . COLLEGIVM . COQPTATVS

ITA . APVD . CIVES . PEREGRINOSQVE . CLARET

VT. NVLLO. HONORIS. GRADV

NON . DIGNISSIMVS . HABEATVR

PETRYS. ALOYSIVS. GALLETTIVS. ROMANVS

ORD. S. BENEDICTI . CONGREG. CASINENSIS

ABBAS . S. VICTORIAE

IN . MARCHIA . ANCONITANA

M 2

THO-

THOMAE . PHAEDRI INGHIRAMI . VOLATERRANI OPVSCYLVM . FYNEBRE

DE : LAVDIBVS : PETRI : DE : VICENTIA ANTISTITIS : CAESENATIS

IER. CODICE. MS. MARIL. GVARNAGCE PRAESVLIS. DE. LITTERARIA. REPUBLICA

OPTIME . MERITI

IN . LVCEM . NVNC . PRIMVM . 2 . TENEBRIS

EDVCTVM

PRINCIPI

Patriab . Vrbis . Ecclésiae . Ornamen**no** 

OFFICIT GRATIQUE ANIMI

MINBRVAL

Lie of the Oppert of the Color

#### EDITORIS MONITUM.

BERTIAM Phaedri lucubrationem mea opera, ac diligentia e tenebris, in quibus ad hanc diem abdita fuerat, in lucem extractam, & aliquot meis adnotationibus illustratam tuo. erudite Lector, sisto obtutui, quemadmodum plane mihi confido non displicituram. Etenim dum auctor funebrem Orationem habet de laudibus Petri Episcopi Caesenatis, vitam profetto praeclarissimi Praesulis posterorum hominum memoriae perspicue, diserteque mandat. No ipse igitur crambem coctam recoquere videar, te de iis tantum praemonitum. faciam, quae cum de tanto viro scitu digna sint, Scriptores vel praetermiserunt, vel aberrantes dixerunt. Varia itaque sunt cognomina, quae Petro tribui solent: Adpellatur Petrus Monza, Petrus de Vicentia, Petrus Vicentius, gentilesque eius passim de Monza dicuntur, ut omittam quod Tetrus Mentius Vicentinus ab Oghellio ofcitanter nominetur. At meo quidem iudicio ea Petro minime adcurate adscribuntur, tumque ex iis, quae Phaedrus narrat, tum ex epitaphio Petri eius patrui, quod mox in notis dabo, luculentissimum desumere est testimonium, sirmissimumque habere argumentum, Petri nostri verum, ac proprium cognomen fuisse Sucium, quod vernacula lingua. de'Sozzi dicimus; Ita ut adpellari omnino debeat Petrus Sucius patria Romanus, origine Modoetia, sive Monza, de Vicentia vero quod eius avo, teste M 4

teste Phaedro, in ea civitate domicilium quandoque fuerit. Desiit Romae gens nobilissima Sucia. in Margarita Monza Petri Episcopi nepte, quam Bernardinus Theophilus Orbinas, civifque Romanus I.C. sibi matrimonio adiunxit. Et heinc alterum Ughellii sphalma corrigere erit, tum in Fulvio Theophilo Episcopo Foroliviensi ait: Theophilorum gentis gentilitia stemmata (quae in templo Aracaelitano habentur) quae ex una parte leonem rectum continent, alteram scuti partem quatuor albae regulae, quatuorque nigrae desecant, simillima esse videntur, cum iis, quae Petrus Vicentinus Caesenas Episcopus detulit in parma, unde suspicantur nonnulli, ex ea gente Theophilam familiam prognatam fuisse. Quod ne ambages in posterum. lectoribus ingerat, de duobus hisce inter se distin-Elis familiis, earumque cognatione ex Necrologio Romano, & ex collectione monumentorum huius generis a me longo, assiduoque labore digestis schema facile eduxi, quod ad calcem habes huius moniti.

Petrum Caesenam quandoque contendisse, certum prosecto est ex eo, quod quum nova Sanctae Crucis Ecclesia Canonicorum Regularium Lateranensium construenda esset, primarium lapidem ipse manibus suis solemni ritu imposuit. Quod si negociis Sanctae Sedis incumbens corpore a Caesenatibus absuit, prosecto ab iis se animo minime subduxit: exstant nunc etiam, teste mihi Viro eruditissimo, & veteri amicitia coniuncio Nicolao Buschio Patricio gemere exonto, ad arcis propugn sculum, quod forum spe-

spectat, eius insignia, nec non & monumenta indubia supersunt, queis evincitur eius cura, & austoritate anno MccccxcIII. tum Pietatis Montem, tum în Cathedrali Societatem Corporis Christi institutam primum fuisse, nec non Collegium Canonicorum eiusdem, tributis duarum Ecclesiarum, quae iam exoleverant, redditibus, dignitate Archidiaconal? exornatum voluisse, quae statim Carolo Verardo Caesenati magni nominis viro, ac poetae eleganti merito conlata fuit (a).

Ne-

(a) Carolus Romae supre- plo S. Augustini sepulcrum. mum diem obiit die XIII. De- habet cum hac ad pariețes, cembris anno MD., & in temadfixa inscriptione:

DEO . OPT. MAX

KAROLO - VERARDO . ARCHIDIAC CAESENATI . HVIVS . IN . PATRIA DIGNITATIS . AVTORI . HVMANARVM DIVINARYMQ. RBRYM . PERITISS TIII. PONTT. MAXX. A . CYBICYLO LITTERISQUE . APOSTOLICIS DICTANDIS . VITRA . CISQYE . ALPIS HONORIB. AMPLIS. HONESTISSIME

VIX. ANN. IX. OBIIT . ANNO . SECVLARI M. D. EIDIBYS . DECEMBRIS CAMILLYS . EQVES . PONTIFICIYS SIGISMONDYS (fic), MIPPOLYTYSQY PATRYO . B. M. POS

Huic memmento anaglyphum opus, quod me- tinentem, qui blanditur Iohandiam refert B. Virginem Mariam sedentem in sella, in-

superstat fantulumque lesum gremio deni Baptistae item puero a sinistris adstanti, a dexteris cerniNeque praetermittendum censeo, Petrumanno Mcccclxxxix. in Basilica Liberiana Vicarii munere functum suisse, quod testatur Paullus de Angelis in eiusdem Ecclesiae Historia.

Occubuit Petrus magno cum omnium luctu, & moerore die lunae xxII. Iulii anno moiii. ea in domo, quam inhabitabat prope Ecclesiam S. Agnetis in Agone, quae tunc temporis Parochialis erat, & exiguae molis, nunc magnificentissimae ex munificentia Iohannis Baptistae Pamphilii Carpineti Ducis, primusque lapis ab ipso Innocentio X. P. M. positus est die xv. Augusti anni mociii. Petri obitum ita adnotavit in suis Diariis Burchardus Caeremoniarum Apostolici Palatii Magister, cuius optimae notae Codices, qui in Archivio secreto Paticano adservantur, Vir praestantissimi ingenii, & eximia eruditione ornatus, in amicos officiosissimus Caietanus Marinius eiusdem Tabularii Praesectus alter coadiutor mecum perhumaniter communicavit:

MDIIII. Lunae xxII. Iulii, seu in noce sequenti obiit bo. me. Petrus Episcopus Caesenatensis,

cernitur Angelus genuflexus iunctis manibus orans. Quum ego epitaphium bocce primum exscripsi anno nempe MDCCXL. exstabant Verardae gentis lapidea insignia, in quibus fajcia ad dexteram inclinata conspi-

ciebatur, in cuius medio stella erat insculpta, & ad imam sepulcri partem in marmorea zona haec incisa legebantur, quae omnia in nuperrima templi instauratione deperditasunt:

CVRANTE . MARCELLINO
ALVMNO . AETERNO . DOLORE
AFALICTO

natensis, Auditor Camerae, ex peste in mane sequen. Martis xxxx. Iulii. Sine pompa suit portatum cadaver suum ad Ecclesiam S. Agnetis Parochialem suam, & ibi depositum, quia Fratres Aracaeli noluerunt ei dare depositum in eorum Ecclesia, ubi ordinaverat se sepelliri cum sua matre, cum qua non potuit, quia ipsa obiit circa principium huius mensis, & suit ibidem sepulta, & propterea sepultura aperiri, & secum deponi propter soetorem non valuit. Veneris xxvx. Iulii suit Consistorium secretum, in quo D. Antonius de Monte Electus Civitatis Castelli suit sactus Auditor Camerae.

Solemnes exequiae peractae fuerunt in Aracaelitano Templo anno insequenti die 1. Martii, ut idem Burchardus adnotavit:

bome. Episcopi Caesenaten. in Ecclesia Aracaeli. Missam celebravit Aloysius Rapalensis (a).
Intersuert tres Cardinales videlicet S. Praxedis, S. Crucis, & Columna, Familia Papae,
Auditores Rotae, & alii Praelati. Orationem fecit. D. Fedra Canonicus Lateranensis.

Eusius tamen haec parentalia a Paride de-Grassis Caeremoniarum Magistro in Codice 836. Bibliothecae Chifianae diligenter, ac pene graphice descri-

<sup>(</sup>a) Aloysius nempe Episco- tantum refert, electumque pus Rapollanus in Provincia fuisse ait die XVII. Septembris Basilicatae Regni Neapolita- anno MCCCCXCVII.
ni. De eo Ughellius nomen

describuntur, gratumque tibi fore existimo, se eiusmet verba retulero:

Anno MDV. 1. Martii Sabbato R. P. D. Petrus de Vincentia, olim Episcopus Caesenaten., & Auditor Camerae in aestate praeterita de peste mortuus, hodie in Ecclesia S. Mariae de Aracaeli habuit exequias satis honorabiles, ita Rmis DD. S. Praxedis . & S. Crucis in Hierusalem Cardinalibus, & R.P.D. Iohanne Vanutio Auditore Rotae executoribus mandantibus. & volentibus. Quibus exequiis praedicti Rmi Dni Cardinales Presbyteri, simul cum Rmo Dno Cardinali de Columna rogato, interfuerunt: etiam nomine suo invitati, & rogati: & aliqui Cardinales miserunt Praelatos cum familiis videlicet Neapolitan. Camerarius. Alexandrinus. Interfuerunt & similiter rogati omnes: Auditores Rotae, omnes Praesidentes, & Clerici, Notarii, & Officiales Camerae. Itemomnes Advocati Consistoriales, omnes Procu-. ratores Rotae: denique Familia SS. D. N. Papae videlicet Praelati, qui fuerunt numero decem, & Cubicularii, & Scutiferi multi, & alii Nobiles, praeter infinitos Romanos, qui venerunt invitati a consanguineis defuncti i... Feci ponere inter chorum, & altare in medio palatii presbyterii feretrum quoddam, sive depositum ligneum cum panno aureo tecum cum armis in charta depictis quatuor, & consui in panno ab omni parte, ad latera in banchis praeforatis torcias decem ab omni Berthard Bis slate-

latere, sic in totum viginti. Item in candelabris lapideis super cancellos octo libras quatuor quaelibet . . . . . Pulpitum aliud parvum feci praeparari, quod posui in opposito illius quod est immobile, & ordinarium .... Episcopus Raiolanus (a) Praelatus Rmi D. Cardinalis S Crucis executoris praedicti fuir celebrans . . . In fine Missae facta est per Phaedram Oratio luculentissima, ad quam audiendam multus concursus est factus populi, ita ut ab omni parte loca essent repleta usque ad apicem chori. Duravit horam cum dimidio, omnibus id libentissime patientibus: & in fine absolutio per Episcopos una cum responsorio facta est, circumstantibus ad pulpitum Fratribus, & cantantibus, & illa die non adfuerunt alii Cantores Papae, nec alii.

Margarita soror germana eo in Templo marmoreum sepulcrum erexit, eiusdemque addidit statuam, cui sequens epitaphium inscripsit:

PETRO. DE. VINCENTIA. PONT. CAESENAT. CAMERAE APOST. AVDITORI. IVDICVM. DOCTISS ET. INTEGERR CVIVS. DIVINA. ATQ. EXIMIA. VIRTVS. QVAB. NVLLAS SIBI. INIMICITIAS. PRO. PVELICA. SALVTE. VITAVIT. DIV OBPRESSA. CVM. TANDEM. EMERSISSET. BONIS. OMNIB ATQ. VNIVERSAE. CIVITATI. INDIGNISS. ERIPITVR

VIX. AN. L. M. VII. D. II

MARGARITA. SOROR INFELICISS. POS. MDIIII

Mi-

- (a) Aloysius, de quo supra, Episcopus Rapollanus,

Mirum profetto est, parum adeo diligentiae in hac epigraphe exscribenda adhibuisse Ughellium, qui in linea quinta oppressa amicvissat, & in septima D. xi. legerit. Petri mentio tandem habetur in altero epitaphio, quod ibidem legitur, quodque quum ad eius posteros spectet, heic coronidis loco referam:

D. O. M

BERNARDINO . THEOPHILO IVR CON. CLARI . NOMINIS . VIRO MARGARITAE . MONZAE . EIVS

CONIVGI , NEPTI , ET , FIDEI . COM MISSARIAE . PETRI . DR , VICEN

TIA . AVD . CAM

AC . IVLIO . ET . HORTENSIAE . HOR CONIVGV . FILIIS

FVLVIVS, SERTORIVS. ET. FLA. MINIVS. PARENTIB. ET. FRA. TRIBVS. CVM. LACHRIIMIS  $\binom{G_c}{r}$ , POSS AN. D. 1583

HIC . ET . IACOBI . MONZAR . AC . FYL

VIAB . INGHERAMIAE . EIVSD. PETR

RI . DE . VICENTIA . NEPOTVM . OSSA . REQVI

RI - DE - VICENTIA - NEPOTVM - OSSA - REQYI ESCUNT



T. PHAE-



# Tab. III.

T. PHAEDRI INGHIRAMI VOLATERRANI
PRO

PETRO VICENTIO
PONTIFICE CAESENATE
CAMERAE APOSTOLICAE AUDITORE

FUNEBRIS LAUDATIO.



UM in omni anteacta vita studiorum meorum socio, atque auditore, consiliorum omnium conscio, atque arbitro fortu-

narum, si quae in hac mea mediocritate fortunae dici possunt, auctore, fautoreque Petro Vicentio Pontifice Caesenate, Camerae Apostolicae Auditore utebar, Patres amplissimi, sperabam virtutis potius illius, bonorumque omnium, quae in illo erant amplissima, participem me suturum, quam mortis deploratorem. Quod si sorte mihi aliquando in mentem venit posse illum, ut sunt humana omnia eripi, & extingui, existimabam cuivis potius, quam mihi acerbum hoc

munus demandatum iri, quod nihil vererer, quin omnes intelligerent ex tanto fulmine potissimum me assatum fore, ut non modo huic oneri non idoneus, imparque, verum ne mentis quidem compos iudicarer. Sed quoniam is mihi huiusmodi provinciam delegavit, cuius cogitata praeverti operadecet, egoque is sum, qui semper existimavi in sola beneficiorum memoria omnes virtutes contineri, neque pium, sanctum, bonum esse aliud putavi, quam gratam in-Deum, parentes, humanumque genus voluntatem, tantique eam virtutem fieri censui oportere, ut locus ipse étiam, ubi altus, educatus, doctusque sit, cum grata recordatione in mente versetur, cuius si tantam in me esse vim fateor, quanta in optimo quoque esse debet, quis me ferat, si educatorem, magistrum, doctoremque meum, cui me fuisse carissimum inter potissimas laudes reponendum duco, inlaudatum per me sinam praeterire? Non faciam sane, non patiar, & tanta me nota inuri non committam,

tam, praesertim cum hominem in omni virtutum genere perfectissimum, meraeque virtutis alumnum simus laudaturi, praeclaraque illius facinora cum in prospera, tum in adversa fortuna auditu, relatuque dignacelebraturi. Deo itaque bene iuvante debita cui tantum debeo officia persoluturus a vobis peto, Patres, ut aequis animis genus, familiam, parentes, educationem, & inomni virtutum genere incrementa audiatis; neque enim dubito quin licet magnum, semper vestris animis Petrum conceperitis, his tamen quae a nobis in medium adducentur partim intellectis, neque enim possunt prae multitudine vobis nota esse omnia, partim etiam memoria repetitis, omnium, videte quam magna pollicear, omnium inquam nostrae memoriae maximum iudiceris.

Petrus itaque Vicentius, Patres, primam originem e Mediolano opulentissima, nobilissimaque atque foelicissima Insubrum Metropoli duxit. Familia Modoe-Tom.III.

tia (a) vetusta, ditissima, & inter primas patricia, cuius adhuc aedes ad Divi Ambrosii magnificae illae quidem, & ut ea tempora erant splendide aedificatae visuntur: Familiae ipsi nomen de vicino oppido (b) inditum; habent enim hoc sibi Mediolanenses familiae pleraeque omnes parriciae, ut de proximis oppidis, pagisque sibi nomen adsciverint, seu quia olim ante eam urbem conditam vicatim habitabant, seu quod oppidis illis, ut quondam omnis erat Italia divisa, imperaverint, vel potius quia dum Civitas per Federicum Aenobarbum eversa summo studio restitueretur, a loco quo se quisque receperat denominaretur; utcumque satis constat eas esse familias nobilissimas, quae a vicinis oppidis nomen acceperint: sic Castilionei,

(a) In Chronico Faventino
Petri Cantinelli apud Mittarelium ad Scriptores Rerum.
Italicarum Muratorii, accessiones hi toricae Faventinae col.
345. habetur MCCLII. Ind. x.
D. Henricus de Monza de Mediolano fuir Potesias Bononiae.

(b) Modoetia nuncMonza celebre Infubriae Oppidum L. miliaribus a Mediolano difans, ubi Imperatores corona ferrea donabantur, ibique extat Templum S. Iohannis Baptifae a Theodolinda Langobardorum Regina extrutum.

nei, Triultii, Meltii, Dugnani, Vicemercati, Landriani, Biraghi, Cusani, Galerati, Setarii eiusmodi, & Modoetii partum a maioribus decus diu obtinuerunt, libertatis potissimi adsertores, quae res ut plerasque omnes Italas familias, sic Modoetios perdidit, & pene ad interitum adduxit, novas certe sedes, atque exilia quaerere coegit. Cum enim Iohannes Vicecomes eius Philippi, qui postea regnavit, frater crudeliter sane, nec ut ea decebat ortum familia, quae flos semper Italiae fuerat, tyrannidem exerceret, nonnulli cives auctoribus, ducibusque Modoetiis, & Mainis coniurant: fit recta in regiam impetus, multis confoditur vulneribus tyrannus, fortiter magis, quam feliciter res geritur. Populi enim iusu ad Philippum Iohannis fratrem urbis imperio delato, Maini clementiam principis experiri, quam patria cedere maluerunt; Modoetii contra quamcumque subire sortem parati, licet illos, & invitaverit Philippus, & summis precibus retinere conatus sit, N 2 nihil

nihil tamen tutum ab illo rati, cuius fratrem necavissent, alius alium in locum, Petri nostri avus Vicentiam in exilium voluntarium sunt profecti; ibi brevi re comparata filios fic educandos curavit, ut exules se meminissent, omnemque spem in se, idest in sola virtute collocarent. E quibus Iacobus (a) Iurisconsultus percelebris Divi Nicolai V. Pont. omnium quot fuerunt nostra memoria, futurique sunt optimi maximi fama allectus, qui proposita mercede omnes quacumque disciplina profecissent invitabat, Romam cum venisset litteris Apostolicis dictandis ab illo praepositus, ita cives ad se amandum allexit, ut non modo civitate donatus, sed Patriciis familiis connubio iunctus

sit,

(a) Praetermissus est Iacobus de Vicentia, sive Monza inter Apostolicos Nicolai V. Pontificis Secretarios, tum in eius Pontificis vita a Dominico Georgio eruditissme conscripta, tum in elegantissma Philippi Bonamicii Historia, illorum hominum, qui Summis Pontificibus Latinis fuere ab Epistolis. Ego vero inter claros buius generis Scriptores adnumerandum facile putaverim, quum Nicolaus sapientissimus Pontifex nonnisi ad se accerseret, quos vel ingenis, vel dottrinae praestantia insignes esse cognoverit. fit, Cenciis primo, sed uxore mortua, Fabiis postmodum ducta Hieronyma (a) hac, quam decrepitam proxima aestate viginti diebus ante filii mortem esserri vidistis, e qua cum tertiam prolem suscepisset Petro nostro adhuc infante mortuus est. In matris itaque sinu educatus Petrus, qui omnium honestarum artium institutione pueritiam transegit. Pubescentis autem curam patruus celebs (b),

- (a) Hieronyma, ut nurrat Burchardus, obiit circa principium mensis Iulii annimotiti. sepultaque est in Ecclesia Aracaelitana.
- (b) Fuit is Petrus Sucius, of ipse in eorum numero reponendus, qui Apostolici Se-

cretarii munere fantii funt. Mirum quidem omnibus videro debet Scriptores nunquam horum Secretariorum meminisse. Mortuus est Petrus Romae anno MCCCCXIVIII., sepultusque est in aede S. Mariae de Aracaeli cum hac inscriptione.

PETRO . SVCIO . DB . STIRPE

MODOECIE . CANONICO

MEDIOLANEN. SCRIPTORI

APLICO . IACOBV<sup>8</sup> . DE . VICE

NTIA . EIV<sup>5</sup> . FRATRI . Q. OBUT

A.º D.1 M.º CCCC. X.º

XXXVIII. DIE

XXI. APRILIS

Veteri sepultro baec saeculo insequenti addita funt:

HIC . ET . PETRI . DE . VICENTIA

**VADI** 

& ipse a litteris Apostolicis dictandis antiquae severitatis vir, & qui nihil puero indulgerer excepit, cum ille vix dum annum tertium decimum agebat, quem cum ingenio miro esset & in Poetis. Oratoribusque intelligendis supra aetatem proficeret, legibus operam impendere coegit; memoria teneo solitum ipsum narrare, potuisse se multum in re latina pedem proferre, ni incensum eius slagrantemque animum patruus coercuisset, timens ne si paullulum ea studia gustasset haud ita facile postea ab iis posset avelli.

Primis itaque legum rudimentis imbutus Perusiam profectus sub Petrophilippo Cor-

AVDITORIS . CAMERAE . AC
CESENE . EPI . ET . DIONISII
EIVS . GEMNI . PREMORTVI
OSSA . SEPVLTA
LACENT
HINC . LAPIS . ET . OSSA
ne . alicubi
TRANSFERANTUR . INIVSSU
THEOPHILOR. EX . S. C
Uic. PP. STATUT. EST
AN. D. 1582. M. N. D. IXVII

Corneo (a) magni tunc in Italia nominismeruit: Nec licenter more iuvenum studia in lasciviam vertit, aut segniter in nugas dilapsus est; vix biennium integrum insudaverat, cum repente, quasi sulmen progressus nosci primum a condiscipulis, illos ipse noscere, discere a peritis, docere rudiores, doctissimos quosque lacessere, inritare, provocare. Aperto interim Pisano Gymnasio, praeceptorem secutus illuc cum venisset, bone Deus, quantum sibi nominis comparavit, quantum profecit, quantum incrementi adeptus est, non sane ulla visa est alias in Italia, sed ne apud exteras quidem

(a) Ex ea antiquissima, nobilissimaque gente Perusina, quae nunt dititur della Corgua. Petrus Philippus in lure Civili vir detissimus e Perusino gymnasio in Pisana Universitate conductus est anno MCCGCIXXIII. statuta ei floremorum DCCCCI. honorista mercede. Franciscum Soderinum postea Cardinalem erudiit, ut ex Marsilii Ficini epistola ad ipsium Corneum data aperte

constat, in qua persetum Iureconsultum in co reveretur.
Auditorem quoque babuit Iobannem Equitis, ac Dostoris
Othonis Niccolini silium Archiepiscopum Amalphitanum.
Docuit deinde Ferrariae, atque iterum Perusiam a Sisto IV. Pont. revocatus edocendae inventuti strenuam.
operam navavit ad annum
usque MCCCCXCIIII., quo vita functus est.

gentes exercitation, doction, copiosion Academia illa Pisana primitus instituta, Franciscus Arretinus (a), Felinus (b), Iason (c), postea

- (a) Natus est Florentiae anno MCCCCXVII. ex Michaele Accolto ( qui e Pontenano Arretinae ditionis pago originem ducebat | Florentinae Reipublicae a Secretis , & Margavita Rosellia celeberrimi Rofellis I. C. filia . Fratrem babuit Benedictum cognomento l'Istorico, ex quo natus est Petrus deinde S. R. E. Cardinalis. Franciscus vir excellentis in iure doctrinae, prudentia, ac probitate conspicuus obiit circa annun... MCCCCLXXXIII. ex calculi morbo, dum ad Senensium Balnea moraretur .
  - (b) Felinus Sandeus natus est anno MCCCCXIIII. In cap.
    Rodulphus 35. de Rescriptis aum. 14. ipsemet ait. Origo mihi suit casualis ex Felina oppido Dioecesis Regiensis.
    Origo vero utriusque parentis (Antonii nempe, & Franciscae e gente Areosta) ex Ferraria. Avi autem paterni
- ex Venetiis, Proavi, & aliorum maiorum ex Luca . Ob spectatam dostrinam ab Innocentio VIII. inter Romanae Rotae Auditores adlectus circa Annum MCCCCLXXXVII. non\_s certe a Xysto IV., ut apud Ughellium anno MCCCCLXXXI. Alexandro VI. Pontifice ad Adriensem , & Pinnensema Episcopatum evedus est, ac deinde ad Lucensem Sedem . quam nonnis anno MDI. Dacifice adjecutus est usque ad annum MDIII. quo sub die XVIII. Aug., vel potius Octobris , ut Ughellius tradit , decellit .
- (c) Islon de Mayno Andreotti Mayni nob. Mediolanensis silius ex famula concubina natus anno MCCCCXXV., dum Pisauri patria extorris degeret, infortunium involuntarium ipsi plus aequo ab aemulis obiectum. Ioh. M. Cattaneus in nuncupatoria x. libri Epistolarum C. Plinii Caecia

postea Sadoletus (a), Petrus Leo (b), doctorum denique quicquid hominum usquam erat, erat autem ingens copia, quia ea studia tunc maxime storebant. In tanto ta-

men

Caecilii Setundi ad Alexandrum Maymum Iasonis fratrem. Iason, inquit, vir consultissimus, legum moderator, & illustris interpres quodam providentiae dono mortalibus datus, cui consenant in quavis ferme aetate certatim viri quicumque docti. Anno MDXIX. in Ticinensi urbe aetatis annorum IXXXIII. e vivis excessit.

(a) Iohannes Sadoletus Iacobi filius patricius Mutinenfis natus anno MCCCCXL. ex
nabili femina Francisca Malchiavella, cum qua Iacobum
Sadoletum genuit, Leonis X.
Pont. in conscribendis Epistolis administrum, Carpentioratensem Episcopum, & deinde dottissimum S. R. E. Cardinalem. Obiit anno aetatis
suae LXXI. vir iuris utriusque
scientia omnibus plane antecellens, memoria incomparahilis. ingenio praesantissi-

mus, uti habetur in elogio z quod Iacobus Cardinalis patri benemerenti in maiori Mutinensi templo adposuir.

(b) Sive Leonius de Spoleto Leonardi filius ad Medicam praxim edocendam in Pisana Academia accitus est : Astrologicis, ac Magicis studiis infelix, ut infaniret, operam dedit. Romae dum Innocentio VIII. medicam operant. praestaret, curae Laurentië Medicei Senioris Florentiam anno MCCCCXCII. mense Aprilis evocatus, plus aftris fidens, quam artis remediis, virum immortalitate dignissimum cunctando perdidit 🖓 quamobrem iple Leonius postero die in putev miserrime submersus, & exstinctus inventus est, in se nimium veridicus, utpote qui sibimetipsi in aquis supremum fatalem diem praedixi[et .

men Scholasticorum numero, qui ingens sane erat, neminis nomen tam crebro usurpari audires, quam Romani, id erat Petro apud illos nomen, nulla fiebat litteraria velitatio, quin illic Petrus confligeret, nemo publice se responsurum profitebatur, quin sibi in primis cum Petro ingens negocium futurum putaret, nihil denique per illos multos annos in re litteraria praeclari gestum est ubi frequentem Petrum non invenias. Certatim itaque illum & amabant omnes & metuebant, licet enim quodam animi candore, quadam facilitate, quadam simplicitate esset, ut omnes ad se amandum alliceret, quadam tamen plerumque erat ingenii celeritate, ita se nihil inhibebat, quodamque quasi impetu in aciem litterariam ferebatur, cum eam unam rem anxius, intentusque ageret, ut respirandi nullum locum relinqueret disputantibus, adcedebat litteris audacia, & respondendi, lacessendique peritia, quippe qui legum cognirioni dialecticam copulasset, ut plane doctis aculeum .

leum, mediocribus, rudibusque flagrum se praestaret (a).

Sed ne ego in narrando longior sim, quam ipse suerit in studendo, wix enim dici potest quanta celeritate laboriosas illas horas, quae eo studio impenduntur, absolverit : Annos natus duo supra viginti Romam cum

re-

(a) Hisce perbelle consonant, quae de Petro Pisanae Academiae egregio alumno narrat Franciscus Boeza Hispanus in Vita Philippi Decii I.C. praeceptoris sui, quae praemittitur Commentario eiusdem Decii in Digestum Vetus 🕻 🕏 Codicem . Praeceptores , inquit, praeter fratrem, nempe Lancellottum Decium, habuit Iasonem Maynum &c. Terni Audii sui anno Pisas se contulit Lancellottum frattem fequutus, qui cum effet inter magnos lureconfultos ab excelfa Florentinorum Rep. accerfitus fuit, quo cum venisset, statim conclusiones complures proposuit, quas viriliter, & summa cum omnium commendatione disputavit. Acerrimum tunc aemulum läudum fuarum

habuit Petrum de Vincentia. Romanum, qui & ipse postea. inter primi nominis Iureconfultos habitus, dignissimum. magistratum summa cum laude Romae geffit, quem Auditoratum Camerae appellant : certabant hi inter se assiduis disputetionibus cum magno fcholaflicorum aflantium concurfu. & plerumque, aderant Baldus, Novellus, Philippus Corneus, Bartholomaeus Socinus . Hie-: ronymus Zanetinus, & eius frater Lancellottus legum vertices praeclarissimi, qui litterarum fuarum monimenta pofleris reliquerunt, in qua quidem contentione Philippus videtur iecisse fundamenta gloriae fuae . Idem nervat Panzirolus în vita Decii .

redisset, quia ingens de eo sama praecesserat, & aetas demebat aliquid existimationi,
convocatis Patribus, Curia, Magistratibus,
Populoque disseruit. Nemo suit tunc Romae
ex tanto doctissimorum hominum numero,
qui non illi negocium exhibere tentaverit.
Ita solent plerumque hi nostri senes, cum
datur occasio, magno iuniores mactare infortunio. Ipsi tamen suis dolis capti sunt,
nam de eo certamine omnium ore in caelo
esse Petrus coepit. Proficiscebatur sorte ad
Gallicam legationem Cardinalis Matisconensis (a); invitatus ab illo, quia temporum

quae-

(a) Philibertus, sen Philippus Hugonetus natione Burgundus, patria, & Episcopatu Matistonensis a Sisto IIII.
nonis Maii anno MCCCCIXIII.
Cardinalium Collegio adscriptus. De Gallica Legatione, qua teste Inghiramio functus est, ne verbum quidem apud Ciacconium. Romae anno MCCCCIXXXIII. e vita migravit, eiusque landes Oratione sunebri coram sacro Senatu Antonius Lullus celebravit.
Philibertus, inter cetera ait,

facrorum Canonum peritia, iuficia, clementia, facilitate, rerum ufu, liberalitate, animi magnitudine, innata humanitate, qua dignitatis tamen ratione non praetermiffa omnes complectebatur modestia continentia enituir: clara, & erudita ingenia domi aluit, litterarum cultor, & doctorum vitorum Moecenas: hos ipsos e coeno erigebat, & a tenebris in lucem vindicabat. Munificentiam in ignotos etiam exercuit &c.

quaedam inertia fastidio erat, comitem se praestitit, multa audivit, multa vidit, iudicavit multa, quod illum facere necesse erat, cui tota legatio incumbebat. Rediens, Viterbi pro legato substitit, plus anno ius reddidit tanta omnium laude, ut iudicatu difficillimum reliquerit majorem oppidanorum, an legati gratiam iniverit. Sed peregrinos exolus Magistratus, quia negociorum humilitate gloriam nullam conciliarent, plurimumque periculi adferrent, cum provincialium ipsorum contumacia, tum vel maxime, quod ad alterius arbitrium ius reddere hominis sit prorsus litteris, & ingenio abutentis, Romam rediit, totumque foro se dedit. Nondum anno excesserat quinto & vigesimo, cum in Advocatorum Collegium cooptatus, ita magnus foris omnibus adparuit, ut ille demum fortunatum se putaret, cuius partes defendendas Petrus suscepisset. Itaque per omne illud tempus, Patres, nulla fuit caussa, in qua paullulum inesser difficultatis, quae ad hunc non deferreferretur, delata nulla est, quae per hunc non convinceretur, nec ad eas suscipiendas precio, aut precibus tam alliciebatur, quam sua sponte ferebatur, ita sicubi aliquid dissicile, inextricabileque inspiceret, iure ad se deferri oportere existimabat, neminem patrocinio suo aspernatus.

Hominem nescio quem terrae filiumo cum audisset damnatum securi seriendum, nec illi iure id sieri videretur, citato equo in Capitolium invectus stantem illum in scalis illis Gemoniis, spectante populo, iniuria damnatum adserens, suumque caput vadem osserens, ni iudicem iniustitiae convinceret, tortori eripuit, triduoque postea absolvi pervicit. Quid ego hic commemorem caussam illam Populonini (a) reguli, quam valide desenderit? Quid Ducis Lotharingiae (b)

matri-

nam de Harcourt unicum Guilielmi Comitis de Tancarville germen anno MCCCCLXXI. connubii iure sibi copulaverat. Quatuor annorum spatio nullam prolem ex ea susceperat. Toti-

<sup>(</sup>a) Suspicor mendum heic amanuensis incuria irrepsise.

<sup>(</sup>b) Renatus II. Friderici Comitis Vadani Montis filius Dux Lotharingiae defuncto Nicolao Duce con/obrino Iohan-

matrimonium illud intricatum, an non huius potissimum consilio, studio, opera est explicitum, ut quod sobolem pulcherrimam, quod regno successorem, quod optimum coniugium habeat, modestissimum, gratissimumque ducem Petro acceptum referre solitum acceperimus. Nimis longum sermonem ordiar, Patres, si quae ab illo fortiter suscepta, egregie desensa, praeclareque absoluta sint velim commemorare. Illud tamen praeterire non possum quidem si velim. Petebat Fiscus Pontissicius a Nicolao Nuceto (a) auri

Totidem annis thoro disiun-Sti vixere. Tandem anno MCCCCLXXX. caussi in conventu suris peritorum, as Clericorum discussa de initi inter eos coniugalis foederis sirmitate, Ossicalis Tullensis dico VIII. Augusti an.MCCCCLXXXV. invalidum, nuliumque illud pronunciavit. Heinc Renatus Philippam de Gueldria uxorem duxit. At cum visa res sit gravissuma, rogatus est sunocentius VIII. Pontifex, ut eam adprobaret sententiam, quod Petri usus consilio, & opera die xxxi Ian. MCCCCLXXXVIII. Apostolica praestitit sanctione.

(b) Haeres fortasse Petri Nucetani, sive de Noxeto Apo tolici Secretarii apud Nicolaum V. Pontiscem, qui Nicolao Albergato Samstae Crucis Cardinali auctor fuit, ut in legatione in Galliam Scriptorem Epitolarum surum, duceret Aeneam Sylvium Piccolomineum, quod primus suit ad ceteras eius, amplioresque fortunas aptissimus gradus.

auri magnam vim, testamenta adulterina, falsi testes producebantur, corrupta. iudicia ferebantur. Nihil itaque illi misero erat non suspectum, nihil fidum, nihil tutum, suspicionis pleni scribae, patroni, iudicesque, illudque ad malum hoc etiam accedebat, quod si quibus tuto credi potuisset, factione, auctoritateque eorum, qui id auri olfecerant, patrocinio deterrebantur. Studebat Nuceto Iohannes Baptista Cibo Cardinalis Melfitanus, quem postea Innocentium VIII. vidimus, magnus, ut in ceteris multis, sic etiam in hoc ipso vir quidem clientelae suae memor, eorumque, quibus Nicolaus V. Pont. Max. faverat, in primis patronus. Hoc itaque auctore rem ad se delatam Petrus cum suscepisset a Nuceto propulsatam invidiam, calamicatemque in se, suumque caput divertit. Quod enim tanto studio in auro tutando fuerit Petrus, principum animos offendit. Non occulte parari itaque, ac strui in illum coeptae insidiae, & quia ipse nihil de via declinans capi

capi haud poterat, in Dionysium (a) fratrem, qui Monticello (b) oppido, datis Ecclesiae mutuo aureorum duobus milibus, praeerat, machinae convertumur, reposcitur Oppidum, nullus in praesentiarum datur nummus, exsilium, carcer, bonorum direptio, aediumTom III.

(a) Dionysius Petri germazus frater inter Advocatos Consistoriales a Chartario recenjetur in Syllabo pag.cv.

(b) Oppidum nunitissimum in Latio in montibus Corniculis iuxta Cluverium . Ad nostrum S. Paulli in via Ostiensi Monasterium ab antiquissimis temporibus legitimo iure pertinebat, Eugenio IIII. Ponțifice a Monachis emit Iohannes Antonius Ursinus Urbis Praefectus, quod cum deinde Eversus Anguillariae Comes vi occupajjet , Paulius II. anno MCCCCLXV. Apolicae Sedi vindicavit. Sixtus IIII. xıx. Ignuarii MCCCCLXXII. pretio fex millium florenorum Guilielmo de Estouteville Cardinali obpignoravit . Eo defuncto, Petrus noster de Vicentia pignoris nomine illud sibi comparavit.

Quod heic Phaedrus narrat, ita apud Stephanum Infessuram. habetur ad an.MCCCCLXXXIIII. Item (Sifte IIII.) fece mettere in prigione in Caffello Messer Pietro da Vicenza principale, e Francesco del Bufalo fideiussore, imperoccho avendo il detto Papa ricercato lo detto Messer Pietro, che gli volesse rendere Monticelli, fopra del quale egli avea ricevuto in prestito dal detto Messer Pietro tre mila ducati , e il detto Messer Pietro dimandava i fuoi denari; finaliter si contentò il detto Messer Pietro, che si pigliasse la Rocca, e mandando il Papa, lo fuo fratello Dionigi ripugnò, ¢ cacciò le dette genti coll' arme . E però lo fece pigliare. e imprigionare, per volere. il detto Castello fenza pagamento alcuno .

que eversio proponuntur. Continebat se in Oppidi arce Dionysius frater; Romae caussam agebat Petrus id unum poscens, ut secum iure ageretur, secus tanto auro numquam se passurum fratrem interverti. Non fractus itaque animo, non trepidus, non exanimis, nec in fratrem, quo ipse periculum evaderet, culpam reiiciens, sed fratris consilii auctorem se professus in molem Hadriani indicta caussa proripitur.

Nihil ego hoc loco dico, Patres, de illius in quaestionibus constantia, nihil de animi magnitudine, nihil de fortitudine in periculis contemnendis; sunt enim his maiora, quae suo loco omnia commemorabuntur. Quos autem illi terrores non incusserunt, quae tormenta non ostentarunt? Securis denique illi proposita est, ni fratrem de sententia deiiceret. Sed quis vos moror diutius? nonnisi aere omni ad assem persoluto, Petroque domum dimisso, Oppidum restituitur. Adsulxit haud multo post nova lux Petro nostro Iohanne ipso Baptista Cibo

Cibo ad Pontificatum evecto (a), cui, ut erat Pontifex ille optimus, iustissimusque, cum Petrus adprime carus esset, favente hoc ipso nostro Iulio II., & adnitente Iohanne Columna Cardinale (b), plaudentibus omnibus, Auditor Camerae factus est (c); sed verum est prosecto illud, Patres, voluptatem semper tamquam comitem moerorem consequi, laetitiam enim statim illam grave vulnus excepit, quod animum, domumque eius adslixit, fratre magni animi, & qui pari ingenio, side, amoreque in fratrem

(a) Id contigit die Dominico IIII. Kal. Septembris anno MCCCCLXXXIII.

(c) Amplissimo Auditoris Camerae munere Petrus cohonessatus est die XXII. Decembris anni MCCCCLIXXV., quum ea circiter die e vivis abiisset Iohannes Prioris e Canonico Basilicae Liberianae a Sixto IIII. Auditor Camerae creatus die XXIII. Octobris anno MCCCCLIXXVIII., eo ipso die, quo obierat Aloysius de Tuscanis Mediolanensis, & ipse inlustri adeo dignitate exornatus.

<sup>(</sup>b) Iohannes Columna Antonii Principis Salerni filius, co Prosperi Columnae Cardinalis S. Mariae in Aquiro asixto IIII. renunciatus mense Februarii an. MCCCLXXVIII. Obiit die XXVI. Septembris anno MDVIII., in cuius epitaphio ad SS. Apostolos Romani nominis salviis liberatisque Pyblice Columen iure, meritoque dicitur.

trem extincto nulla virili prole relicta. Tulit eum casum Petrus non, ut plerique fortium virorum, ambitiose, sed ea constantia, qua par erar ab eo perferri, qui in maximis calamitatibus tantam fortitudinem ostenderet: verendum tamen erat, ne relicto magistratu ad familiam propagandam nutans animus ad matrimonium inclinaret; sed obcurrit propere Innocentius, delataque ei nec speranti, nec cogitanti Caesenate Ecclefia (a) dubitantem occupavit. Nec multo post ad Ferdinandum Neapolitanum regem promissis non manentem, nunciatum mittitur, ni pacis conditiones servaret, usurum suo iure, suisque armis Pontificem (b). Qua lega-

(a) Iohannes Burchardus Apostolicarum Caeremoniarum Magister in Diario id contigiste testatur die XIII. Maii anni MCCCCLXXXVII. Eadem, ait, die R. in Christo P. D. Petrus de Vincentia Curiae Caussarum Camerae Apostolicae generalis Auditor per SSsuum D. N. de consilio Rmorr. DD. Cardinalium Ec-

clesiae Caesenatensi nunc Pafloris solatio destitutae, elecus est in Episcopum, & Paflorem. Heinc corrigendus
Ughellius, qui Petrum ad huiusmodi Ecclesiam promotum,
fuise assert die XI. Mais
praecedentis anni, nempo
MCCCCLXXXVI.

(b) Apostolicae Litterae ,: queis Innocentius VIII. Pe-

legatione fortissime obita cum rediisset, totum se iuri reddendo, publice consulendo, beneque de universo humano genere, quod poterat, merendo dicavit. Qua in re hoc mihi auxilio est vel maximo, quod non apud hospites, qui nunc primum in hac Urbe versentur, quorumque aures peregrinentur, mihi oratio habenda est, qui etiam si hinc longe gentium absuissetis, is de eo rumor, famaque pervagabatur, ut tamquam praesentes omnia intelligere potuissetis, sed apud eos loquor, quibus probe cognitum scio, probatumque exstitisse; nam quid adtinet me reliquum illius vitae cursum recensere, qui in oculis habitaverit, semper multitudini se exhibuerit, rerumque omnium, actionum,

0 3

cogi-

Erum nostrum ad Ferdinandum Siciliae Regem Nuncium, & Wratorem pro Romanae Ecclesiae negotiis mittit, datae sunt Romae apud S. Petrum anno MCCCCLXXVII. IX. Kal. Augusti, easque refert Raynaldus To.XI. pag. 142: Violavetat Rex confestas superiori anno foederes patriones que non inter cetera negarat pendere annuum vettigal Eccleste. Reversus est Romam Peurus die xxv. Augusti einstelle annit, quod testant lasetata, que narrat etiam quam indigne a Ferdinando Apostotitus his Internuncius habitus fueris.

cogitationumque suarum iudicem, inspectorem, censoremque populum admiserit. Livius Drusus priscis illis temporibus, Patres, cum domum vicinorum prospectibus expositam haberet, & peritus quidam architectus omnia se emendaturum, commutaturumque talentis quinque polliceretur, decem, fertut dixisse, a me adcipe, & domum meam totam perviam fac, cupio enim consuetudinem vivendi meam civibus meis omnibus patefacere. Praeclare ille quidem, ut Romanum decebar, sed hoc sibi nullo sumptu, nec tanto cum architecto Petrus fabricaverat, nihil clam, nihil occulte, palam omnia, victus, consuctudo, domestica, privataomnia, domus pervia, & vere tribunicia, in qua aditus cuique quovis tempore pateret.

Itaque si quo ordine anteactam vitama exposuimus, eodem, quae secuntur, exsequi voluerimus, bonas horas male collocabo, vestrumque odium, qui vos doctos docere studeam, inibo. Calculos ergo illos priores abii-

abiiciam, & quia vobis utor adtente audien tibus, quam porero in pauciora conferam, quantum ille in omni virtutum genere profecerit, quantumque eum natura ad magnas res cogitandas, exsequendasque instituerit. Atque interim ne gladiatorum more cos ictus, in quibus plus periculi inest, videar declinare, sic illius exsilia adtingam, sic carcerem, sic rumores, qui coeperant de nimia illius severitate divulgari, ut vel his ipsis rebus magnum illum indicetis suisse hominem, & admirandum. Saepe ego mulsos laudari audivi, Patres, & vos quotidie ad eiulmodi officia praestanda inviramini nemo per hosce multos annos tam infami vita fuit, quin ubi laudationis dies adveniffer, non ille a conductis laudatoribus, tamquam praeficis in caelum ferretur. Quorum si adparatum, & verba illa magnifica spectes, nihil sit magni, arduique, quod non animo concipias, at ubi in mediam devenum est aciem, Deus bone, quam nugarum plens omnia! virtutum sola nomina andiunturi nulla

nulla res gesta fortiter, nulla iuste, nulla moderate, nulla sapienter in medium proferuntur; sola crepant mendacia, atque utinam mos ille Athenis a Cecrope inductus permanerer, ne quid falsi de mortui laude dicere liceret, minus profecto multi laudarentur, & qui sibi de ea arte quaestum instituerunt, alio invendibilia mendacia suatransferre cogerentur. Ego, Patres, lege illa Atheniensi teneri me volo, sidemque mihi nullam adhiberi expostulo, si quicquam non confessum, non convictum, non re ipsa probatum exposuero non semel, iterumve (sunt enim innati omnibus quidam virtutum igniculi, quos necesse est etiam in malis, perditisque hominibus aliquando adparere) sed crebro, & quadam quasi exercitatione, ulu, consucrudineque a prudente, scienteque factum, praest tum, absolutum. Quod si prudentiam in veri perspicientia, sollertiaque versari, &, un quisque acutissime, cederrimeque videt, & explicat veri rationem, hunc prudemissimum haberi solere adfirma-

mus,

mus, quae maior in quoquam fuisse perhibebitur prudentia? Nam ( ut omittam, docilitatem, memoriam, quaeque uno ingenii nomine comprehenduntur, quas plerique fortasse non voluntarias, sed natura ipsa ingeneratas virtutes adpellent ) quid fieri potuit prudentius, quam a primis slatim annis ratione certa caussas rerum videre, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorare, similitudines comparare, rebus praesentibus adiungere, adnecereque futuras, atque ita totius futurae vitae cursum videre, ad eamque traducendam res necessarias praeparare? Viderat ille Romae eas potissimum litteras in pretio fore, quae huius essent propriae civitatis, neque faciliorem ad Christianae Reipublicae administrationems aditum perspexerat, quam si Christianarum legum consultissimus evalisset, secit, pervidit, impetravit, nec in ea tantummodo disciplina profecit, in qua omnium sibi iudicio primas vendicavit, humanarum, divinarumque terum quoddam fibi peculium compa-

comparavit. Rem adgressus arduam, utilem, gloriosam de Christianae Reipublicae emendatione', quod opus rude, indigestumque reliquit, sodalitatem supplicio damnatis esserendis instituit, dissensionesque qualfam restituit. In magistratibus suis eo fuit consilio, sollertia, iudicio, ut praeteritorum omnium memoriam superaverit. Sciunt hi septemyiri causiis Fiscalibus iudicandis praepositi, qui in illius sententiam frequentes pedibus discedebant, quot ille autem crimina, quam obculta, quam veri faciem praeseferentia sua illa intelligentia, providentiaque patefecit? Nemo rarius, nemo serius, nemo mitius tormenta adhibuit: quaestiunculis, rationibulque reos magis, quam equuleo convincebat, sic ab illo patesacta sunt scelera illa veneficiorum ingentia, in quae prozime animadversum vidistis, sic convictus cum suis sexcentis testibus Calaguritanus, privatus Calentinus, Patavini fratres, Martani testes, Valdenses damnari , sic tot falsi testes; tot scribae Litterarum Apostolicarum adulte-

adulteratores supplicio affecti. Sed abstineo libens exemplis, quae mihi occurrunt innumera, neque enim potest eiusmodi commemoratio multorum animos non offendere. Iam vero temperantia in illo homine quanta fuit, qui puer, relictis ludis ; iocisque illi aetati concessis, torum se studio dediderit litterarum? invenis in foro versatus sit modestissime, magistratum habens fumma mansuerudine, nullam horam non dico ad voluptatem, sed ne ad quietem quidem, cibi, somnique parcissimus sibi reliqui secerit: quod si quando per serias liceret. licebar aurem perraro, in re rustica animum fuum reficiebat, munerum etiam concessorum mirus aspernator. Non ago de illius in corruptores constantia, de abstinentia, 80 modestia loquor, Patres, in spernendis muneribus ultro etiam iusta, magnaque de caussa oblatis: mitto tenuia aulicis nota omnibus, Calaguritanus ille, quem paullo auce commemoravimus, cum Petri opera nego cium, quod ei sub Innocentio VIII. ingens exhia

exhibebatur, a se amovisset, ornamentumque abaci argenteum sexcentorum aureorum dono obtulisset, tam gravi vultu abnuit Pegrus, ut magnam sibi iniuriam factam arbitraretur, quali mercenariam operam praestitiset, mercedem enim potius innuere muneris magnitudinem, quam grati animi te-Rimonium. Segobiensis Praesul vir integer patria pulsus, dubiae fidei reus extremaquaeque timens, a Petro nostro adiutus, defensus, liberatus mille illum aureis praesentibus nummis, spectatae formae mula, lineaque supellectili pretiosa cum honestasset, aihil sibi ille praeter supparum acu pictum setinuit, ceteris omnibus constantissime remissis. Plena est huiusmodi exemplorum illius vita, Patres, cum eodem supercilio minura quaeque, ac maxima contemneret, cuius indicium vel maximum illius prae-Airie paupertas. Cum enim annos unde viginti Auditor Camerae, xvi. Praesul Caesemas fuisset, nihilque umquam supra privatum modum frugi homo vixisset, solos aureos

reos cc. nummos, cum in carcerem duceretur, compertus est habuisse. Quid de illius autem dicemus iustitia, quid de legum peritia, quid de intelligendi celeritate, quid de aequitate decernendi, quid de audiendi facilitate, quid de sapientia iudicandi? Non semper verum est illud, Parres, magistratum virum ostendere, saepe vir magistratum, eiusque vires, ac dignitatem demonstrat. Epaminondas ille, qui apud Graecos laudatissimus esset, curator factus, cum parum digna principe homine ea provincia videretur, sua diligentia perfecit, ut certatim postea nobilissimi quique Thebani illum sibi magistratum expeterent. Nec eo spectant, quae loquor, ut negem in Petri magistratu dignitatem semper summam fuisse, sed id contendo, numquam antea plus virium, auctoritatisque, quam sub Petro habuisse. Vos ego obtestor cives, aulici, advenae, peregrini, qui illius tribunal adistis, num quiequam celerius, facilius, iustius usquam aut vidistis, aut videre potuistis. Lacrimae a

mae, medius fidius, mihi oculis oboriumur memoria iudicii illius. Nihil operae, nihil officii, nihil vigiliae, intermittebat, ne languens quidem, & morbo oppressus, cum corporis infirmitatem animi virtute superaret, praesto esse omnibus non in iudicio, non in fisco studium requireres, voluntas, industria, domus, animus, aures patebant omnibus. Quot ille caussas difficillimas explicabat? quot dissidentes componebat? quot intervertere tentantes convincebat, modo lenis, modo asper, nunc vehemens, & concitatus, nunc mitis, & placidus? In caussis. autem gravioribus quanto consilio, moderatione, doctrinaque uteretur, nullorum ego magis testimonium, quam vestrum imploro, Iudices xII. viri, qui tribunal illud sanctissimum, maximumque Christiani Orbis tenetis, ad quod iudicandi summa desertur, ullas ne umquam per illum latas sententias ex eisdem rebus actis revocavistis, cum ceterorum quotidie iudicum antiquetis. Sed nimis in re moror manifelta, quasi quisquam fit,

sit, qui non illi primas in iudicando deserendas censuerit.

Ipse ille Alexander Pontisex Maximus cum ei privata causa insensus esset, ut suo loco ostendemus, magni tamen eum semper secit, eiusque opera usus est, & cum apud eum quidam quererentur, quod inique Petrus iudicasset: maxime vellem, inquit, ita integer noster esset Auditor, ut iudex ille optimus est, nec sallebatur: in eo enim vir summi iudicii Alexander viderat, senserat, expertus erat hominis integritatem (a). Nihil

(a) Cum adventus Ca-Prosper de Columna, & Hiezoli Francorum Regis aumo ronymus Tuttavilla, & eodem MCCCCXCII, Italiae universae sero omnes detenti ibidema

perturbationem attulisset, ipse Alexander Pontifex metuebat sibi, ne quid Rex in eum novare meditaretur. Facile de suis quoque suspicabatur, quod Gallis faverent. Heinc, ut narrat Burchardus in Diario, Feria tertia IX. Decembris venerunt ad Palatium Apostolicum Ascanius, S. Severini,

de Lunate Cardinales, Petrus

Episcopus Caesenatensis, ac

ronymus Tuttavilla, & eodem fero omnes detenti ibidema manferunt. In mane fequenti relaxatus fuit Epifcopus Caefenatenfis Auditor Camerae. Deinde fuir Confiftorium fecretum, cui etiam dicti Cardinales interfuerunt, & eo finito Cardinalis Afcanius, & S. Severini miffi fuerunt ad Cameras fuperiores Palatii ibidem reclufi, & cuftoditi, Prosper, & Hieronymus fuerunt miffi per unum deambulatorium

Nihil cuiusquam rogatu agebat, nihil quo Principum gratiam conciliaret, neque quo sibi ex cuinsquam amplicudine, honoribus, adiumenta quaereret, cum omnem honorum spem in illa laboriosissima vitae ratione collocasset. Nam de eius integritate quid ego plura conor dicere, quam quivis vestrum sibi animo iamdiu persuaserit? Fuit illi sama hac in re non ingrata, nemo tam rerum ignarus, nemo tam iniquus aestimator, nec tam alienae infamiae cupidus, nemo tam audax, confidensque, nemo tam duro ore conviciator inventus est, qui illius integritatem in primis fateri coactus non sit. At quo tempore, quibus moribus! Cum tribunal vellus aureum factum perspicimus. Maiores nostri plura templa diis dedicata habuerunt in quae si quispiam ingressus esset, aurum foris relinqueret, ferrum autem in nullum propemodum fanctum locum inferri volebanr .

latorium ad Castrum S.Angeli, & ibidem detenti. Cardinalis Pero de Lunate missus ad Offiam ad tractandum ibidem quaedam occurrentia.

bant. Quod autem templum tam inviolabile, tam sanctum, tam augustum est, quam tribunal, quod consiliis praesidet, ius, fasque civitatis dirigit, totiusque Reipublicae habenas moderatur, ad quod divitiis, pecuniisque, tamquam ferro veneno inlito aditum esse nullum decet, neque ulla maior pestis est Civitatum, non bella civilia. non terraemotus, non lues, quam iudicia, quae corrumpuntur, ut qui inde sibi lucrum petunt tamquam rerum publicarum depeculatores, facrorum violatores, sepulcrorum perfossores, amicorum circumscriptores, patriae proditores, iniquitatis, iniustitiaeque totius antelignani sint existimandi. Quod si tantae corruptos manent poenae, quae ulla satis esse poterit laus integrorum, quae Petro nostro par merces reddetur, nisi ut sacrorum cultos amicorum, defensor patriae, servator legum, iustitiaeque patronus appelletur?

veritate ne inimicissimi quidem homines quicquam ausi sunt suspicari. Amicis tan-

tum tribuit, quantum par erat, nec ut Themistocles, qui, non dii permittant, inquit, ut umquam in eo tribunali sedeam, in quo nihil plus amici, quam non amici habituri sint, nec rursus ut Cleo, qui ad Rempublicam accessurus, convocatis unum in locum familiaribus, omnium amicitiae renunciavit, scilicet, quod verebatur, ne amicorum caussa complura remissius, nonnulla praeter aequum, bonumque agerentur, ipse modum quemdam tenuit, quo non omnes alba, ut dicitur, linea haberet; rogatus a quodam, ut paullulum de via iuris digredetetur, erat autem is scetices studiosus, respondit, quemadmodum bonum Poctam contra numerum canere, sic magistratum contra leges gratificari absonum esse. Pauperum studiosissimus, & ne a ditioribus opprimerentur, vigilantissimus, praesenti pecuria multorum inopiam sublevavit, multos quoque, ut litteris operam impenderent, iuvit, nonnullas familias defunctorum amicorum aluit, arque educavit. Bonos coluit, eofurgentes, & ad virturem magnis passibus gradientes excepit, sovit, suo sinu nutrivit; sic me ille apud se educatum in lucem produxit, sic clarissima quaedam lumina accendir, quorum tres dum in summo iudicum magistratu, atque ex his unum illi successorem conspicio (a), ipsi mihi moeror, laetitiaque certatim lacrimas eliciunt. Sic Aristidem Clitenes, Phocionem Chabrias, Lucullum Sulla, Catonem Fabius Maximus, Epaminondam Pamenes, Lysander Agesilaum tamquam hederas serpentes, implicitasque, & obculte crescentes iuverunt, sustinuerunt, evexerunt.

Patriam tanti fecit, quanti illius amantissimus facere potest, atque utinam Roma illius consilia non respuisset; meliore loco P 2 Roma-

(a) Certe Antonius Ciocchi de Monte S. Sabini prope Arretium in Etruria Fabiani I.C. celeberrimi, & Advocati Consisterialis sitius, Elestus Civitatis Castelli, cui, teste Burchardo, Iulius II. post Petri obitum, die Veneris XXI. Iulii in Confistorio secreto Auditoris Camerae munus contulit. Ab eodem Iulio anno MDXI. die X. Martii inter Cardinales cooptatus, patruus quoque suit Iulii III. Pontisicis Maximi,

Romana esset existimatio. Dissidentes quondam inter se Barones, cum iam furore correpti ad caedem armis hinc inde properarent, ipse, videte quid dicam, Patres, ipse, inquam, litibus omnibus diremptis pacem illam peperit, quae si mansisset, numquam tot exsilia, caedesque Baronum vidissemus. Intelligo me plura dicere, quam aut opinio tulerit, aut voluntas mea, sed currentem in medio mari navim inhibere quis possit ? An ego possim sciens praeterire non aliunde illi calamitatem obtigisse, quam e nimio in patriam amore? Scio irarum principum semper caussas esse obcultissimas, qui si etiam incitati iracundia, aut levitate moti in aliquem saevire incoeperint, licet se colligant, saeviunt tamen, ne quid secisse temere videantur, sed quemadmodum tempestatum certe aliquae rationes redduntur, sic & illo-; rum plerumque irae deprehenduntur. Premebatur Urbs Roma inopia frumentaria, tenebatur custodiis clausum frumentum, ingravescebat annona, & iam fames, non ca-

ritas timebatur. Hic ille cum frumentarias rapinas coepisset maiori studio, quam consilio, fateor, detegere, ingentem in se cladem concitavit: perturbati enim > effrenatique quidam virtutibus infensi, auctoritatem illius, censuramque aequo animo perpeti non poterant, furta, rapinas; famemque fieri prohibentem, perdere studebant. Crebro apud Pontificem accusabant, crebro illum defendebat Pontifex, nullum erat crimen, nullum scelus, nullum facinus, nulla querela laesi cuiusquam: plus tamen apud principem potuerunt ministrorum insidiae, quam hominis indefensa virtus, atque eo facilius impetrarunt, quod ad omnem eius laudem res testatae in Pontificem, quas haud multo post videbimus, obiiciebantur. Semianimis itaque e lecto, cum gravi morbo laborarer, proripitur tanto omnium luctu, tanto dolore, tanto fremitu, ut Pontifex ille non de nihilo pavidus, cum in primores civitatis paullo ante animadvertisset, neque verbum fecisset ullum, audito populi tumultu, quasi conconcione advocata cives adlocutus acriter; saeveque in ceteros, perparce in Petrum invectus, bono illos animo esse iusserit, nihil se praeter ius, aequumque facturum pollicitus, sed nec illius tanto amori ingra-ta suit patria. Vidi enim. Patres, vidi, cum omnes cives, publico consilio, ducibus, magistratibus pro capite illius supplicatum perrexerunt, quorum preces licet auditae non fint, magnos tamen aculeos Principis animo reliquerunt; sed & quo illud piaculo taceam quam magna amoris, pietatisque indicia urbani negociatores praestiterint, qui unum in locum congregati pro Petri capite redimendo quamcumque auri vim Pontifex expostulasset, sunt polliciti? O diem certe illum licet ad domesticum moerorem gravem, ad posteritatis tamen. memoriam gloriosum! Quid enim sieri potuit gloriosius unum Patres petere, unum populum exposcere, unum omnes desiderare, proque uno universos cives, advenas, aulicos, negociatores supplicare? Et quanto ille robo-

robore, quanta constantia, quanta animi magnitudine calamitates illas acerbas pertulit: ducebatur innocens nullo metu perterritus, nulla conscientia exanimatus, vultus semper idem, vox stabilis, oratio non mutata, non illum distractio a complexu suorum, non bonorum direptio, non tectorum occupatio, non praediorum populatio, non amplissimae potestatis spoliatio permovit. Precatum eum ainnt ab Deo Opt. Max., ut si iple eo tempore, anteave, commodis suis omnibus, emolumentis, praemiisque praetermissis, aliquid aliud praeter utilitatem publicam cura, studio, vigiliis, ante oculos habuisset, tum ei liceret procellam illam turbulentissimam evadere; sin autem sua consilia diversa fuissent a communi salute, ut perpetuum dolorem in tenebris, luctuque sustineret. Sed quid aliud faceret vir ad maxima quaeque natus? Sic carcerem illum sub Sixto tulerat; sic, Ferdinando Rege minitante, se eum e fenestra praecipitaturum, ni maledictis abstineret, quae Innocentii nomine ingerebat plurima, non est perturbatus, sic percussorem in se immissum, cum solum captata occasione in cubiculo deprehendisset, tamquam alter Marius vultu, oculis, voceque deterruit.

Hac ille animi magnitudine ductus Carolo Francorum Regi (a) Urbem tenenti, omnibus belli metu perterritis, Concilium Christianorum ausus est inter media arma suadere. Magna illa res in motu suit, Patres, magnum initium salutis Christianae, magna spes antiqui decoris, dignitatisque recuperandae, plusque habuit virium, quam vulgus imperitum suspicetur. Quod nisi dimissus.

(a) Carolus nempe VIII. Francorum Rex, qui in Italiam evocatus, Ludovico Moro Insubrum Duce maxime impellente, pridie Kalendas Ianuarii anni Mcccckciii. bora secunda nottis, validisimis cum copiis viginti millium peditum, & quinque millium equitum Romam tribus Cardinalibus stipatus Iuliano S. Petri ad Vincula, Beneventano, Asanio Sfortia, pacifice

ingressus est, & ad aedes S. Marci regio apparatu adornatas deductus, bellica circum tormenta, exercitumque disposuit. Die xxix. Ianuarii insequentis anni MCCCXCV. ex
Urbe discessit, equitante e sinistro tatere Cardinale Valentino, quem honestae legationis specie obsidem acceperat, in Regnum Neapolitanum irrupturus.

missus, proditus, desertusque suisset, seliciori fortalle aevo frueremur: non dico, ut res ordine processerit, non quomodo, non per quos, patefaciendum mihi esse arbitror, quoniam Deus noluit felicem ei incoepto successum dare, utile existimo, quorum id consilio, auxilioque constatum sir, praeterire. Illud vero libentissime praedicabo, cum in exfilium hanc ob caussam prosectus esset voluntarium, ita illud tulisse patienter, ita nihil dempsisse de fortitudine illa sua, ita modeste se habuisse, ut ultro illum Pontisex adciverit, qua calamitate non modo clarifmi nominis gloria non est imminuta, sed etiam honestata; certatim enim illum Reges Christianorum magnis propositis conditionibus invitaverunt. Tantus tamen erat in hanc Urbem amor, ut licet multi dissuaderent, patriae tamen maluerit vel cum periculo prodesse, quam alibi tuto, honorisicentissimeque aetatem degere. Et quisquam audet, Patres, nostra tempora damnare, nostra ingenia contemnere, virtutem nostris temtemporibus negare esse? Habemus hanc maculam, labemque huius aevi homines, ut virtuti, invideamus, dignitatis florem libenter infringamus. Si medius fidius Petrus superioribus saeculis suisset, omnium sermone, litteris, linguisque celebraretur, quod omnem mors extinxisset invidiam; nam hoc proprium est hominibus auditam virtutem laudare, praesentem cognitam, perspectamque canino dente mordere, quin & tantum est maledicendi studium, ubi magnum, excellumque hominem videmus, disrumpimur medii, nisi aliquam illi notam inuramus. Sic Cymonis, Catonisque ebrietarem, Scipionis somnum legimus adcusari; Socrates, quod adolescentulorum consuetudine delecharetur, Pompeius, quod uno tantum digito caput scaberet, male audierunt; Ciceronis nimia sui Consulatus iactatio reprehensa, divo Hieronymo muliercularum familiaritas obiecta, ausi quandoque etiam Nicolao V. divino homini vinum obiicere. Mirum esser itaque, Patres, nist ea spicula

Petrus excepisset, quibus omnium aetatum magni viri obnoxii fuerunt . Scio rumulculos, intelligo sermones, sentio iudicia hominum etiam non vulgarium, durum, severum, immitemque vocant. O miseram iudicantium conditionem, in quibus homines praeclarissimas res praetereunt, virtutem infamant, & si quid bene agas, dissolutum, si quid severum, crudelem appellant, & qui compositi, sicti, subridentes, mites, suaves, placidi, qui finceri, iusti, integrique sunt, acerbi, severi, durique vociserantur! Magna res est iudicium, Patres, magnus labor, magna moles, non dico tam in iure reddendo, quod ipsum est difficillimum, quam in vita, consuetudineque communi Sunt quaedam, quae vehementes exigunt, & inexorabiles: est ubi remitti aliquid possit de severitate: nonnumquam ad misericordiam, atque humanitatem vocantur, atque interim multorum stultitia perferenda, andacia, difficultas exforbenda, ut difficile sie etiamsi natura mitissimus sis, assiduitate mole.

molestiarum paullulum non lapidescere quandoque aut irarum, aut impatientiae offendiculum non contrahere. Ut enim aerestia quaedam semina magnitudine, formaque tritico simillima cum immixta fuerint difficile purgantur, nam aut denso cribro non defluunt, aut rariori fimul cum bonis emittuntur, sic iustitiae severitas, ita se saepe insinuat, atque immiscet, ut inseparabiles quodammodo efficiantur, Romae praesertim in civitate tam corrupta, ubi non potest contrariis rebus, nisi per maxime contrarias resisti, & licentia scelerum, quasi rabies quaedam a contactu procedit, atque ubi cum malos praemia sequuntur, non facile invenias, qui bonus sine mercede esse velit. Haec ratio cogebat Petrum nimis acriter aliquando iustitiam defendere, quod nullam majorem crudelitatem existimabat quam malorum misereri, quibus, dum parcimus, omni generi hominum, quorum illi vitae semper insidiantur, prospicimus; de malis enim male meretur, qui delicta condonat.

nat, nam & beneficium perdit, & illos deinceps invitat ad delinquendum. Non potest etiam, Patres, qui multa facit, multos non offendere, nec imprudenter maiores nostri civium, ac peregrinorum diversa esse tribunalia voluerunt, ut Praetor urbanus, peregrinusque esset. Quam grave enim putatis ferre quinque huius soli incolas, quos paullo ante fordidatos viderant, & cretatos, nunc principes, & dominos intueri? Itaque insunt, credite, ineruntque semper quaedam odia, ut qui alterum tutetur, non possis ab altero non accusari; fuisset sane illi ad auram popularem consultius, si quemadmodum facere solitum legimus Periclem, et naves quaedam, armaque nonnisi ad magna pericula adservantur, sic operam suam, non ad omnem vulgarem necessitatem, sed ad magna tantum negocia exigi dignum iudicasset; necesse est enim muha agentem, fi bene e sententia non conficiat, invidiosum, sin autem male successerit, ridiculum sieri, opinionemque partam in rilum converti, Ille

Ille tamen non quid de se ceteri iudicaturi essent, sed quid publica exigere utilitas videretur adfectabat. Habuit tamen sibi hoc vitii fateor, non nego, nec dissimulo, nihil blandiri, nihil demulcere, nihil noverat afsentari, nemo erat simulandi imperitior; iisdem semper vixit moribus, eodem habitu, consuctudine, ac sermone perseveravit, nimia illi loquendi libertas oberat, non enim illud didicerat, circa puteum non saltandum. Haec ipía res Platoni Dionysium infensum reddidit, haec eadem Socratem pedem porta diu efferre prohibuit, posteaque damnavit, haec Catoni toties repulsam adtulit, haec Petrum maledictorum probris, commentisque exposuit. Nemo minus populo se dedit, nemo tam nihili fecit urbanos rumusculos, nemo tam nihil tempori servivit, illi una erat cura, ne quid non iuste, ne quid non recte, ne quid non adamussim faceret.

Admonenti mihi olim, quod per eius in me amorem licebat audacter, ne tam obduraret in summi iuris consideratione, paullulum

lulum desecteret aciem ad nostra tempora, nec Catonem imitaretur, qui sententias diceret tamquam in republica Platonis, non veluti in faece Populi Romani, orantique, ut, quod medici solent, non tam morbos, quam aegroti naturam inspiceret, si recte mederi vellet, id unum respondit : desperatis medicinam adhiberi prohibere Hippo--cratem, innuens, credo, quando salutis spes nulla esser, id sibi tantum curae esse, ne quid sui praetermissse officii videretur; rursusque mihi incusanti liberius, quod nimias sibi sumeret publica caussa inimicitias, negligentis hominis, aiebat, esse invidiam declinare, illudque addebat amicos illi esse nullos, qui inimicum habeat neminem, pe ritosque agricolas existimare affirmabat rosas, & lilia suavius tunc redolere, cum allium, & caepe proxime oriantur, sic qui acerbitatem in inimicos effunderet, laetiorem, benignioremque se amicis exhiberet.

Sed, o fallacem spem, o miseram mortalium conditionem, o nihil hominibus diu-

diuturnum! dum illo restituto patria fruebatur, dum depulsis nebulis, tranquillitatem sperabamus, invida fata recentem gratulationem nova lamentatione obruerunt, modo ex atro carcere solutus (a) fortunatus videbatur, illum Principis savor, illum Patrum gratia, illum populi plausus exceperat. Vadentem itaque per arduum virtutis callem annum agentem primum, & quinquagesimum subita, repentinaque mors (b) oppressit,

(n) Petrus iterum in sinistram Alexandri Pontificis (uspicionem incidens in Hadriawi mole ad carcerem ductus fuerat : quod Iohannes Burchardus in Diario ita navrat : Peria vi. lanuarli anni MDIII. Gubernator Urbis equitavit ad domum Auditoris Camerae. Episcopi Caesenarensis, & eum ad se vocarum, licet infirmum duxit ad Caffrum S.Angeli, ubi eum detineri fecit . Et postea idem Gubernator ivit ad domum Domini Iacobi de Spiritibus Protonotarii, & Clerici Camerae Apostoliese, quem fimiliter duxit ad

dictum Castrum S. Angeli. Sabbato sequenti idem Gubernator secir asportare omnia bona tam praedicti Auditoris, quam Protonotarii ad Palatium Papae. Alexandro vita fanctio, ex Sacri Collegii Decreto dimissus est; Iulius vero Pontifex veterem amicum die XIX. Iunii anni MDUII. prisinae dignitati maximo Urbis, bonorumque planju restituit.

(b) Tum Burchardus, tum Paris de Grassis in eorum Diariis Petrum ex peste obiissememoriae produderunt. Certe extremum clausit diem die-Lunae XXII. Iulii anni MDIIII.

pressit, domum, celebrationem quotidianam, familiarem dignitatem, studia amicorum diu multum, multoque labore quaesita, una dies eripuit, una hora extinxit, unum momentum interemit. Scilicer ideo tot precibus perebat patria, ut vix dum restitutum sepeliret, ideo de mole Hadriani celebritate, lactitia, civiumque frequentia domum deduxit, ut futuri funeris quaedam essent praesagia. O labores tuos, Petre, miseros, o noctes inquieras, o acerbos dies! Tibi perpetua fuit cum vitiis lucta, tu tui primum iplius victor, qui cupiditati nulli umquam addictus fueris, libidines contempleris, omnibus honorum, divitiarum, voluptatum illecebris, malis, secundisque rebus numquam ingenium mutaveris; mox ceteris prospiciens, libere senseris in Republica, splendorem Principum, & gratiam neglexeris, populi utilitati magis, quam voluptati consulueris, cesseris, nemini obstiteris, multis lingua, consilio, opera, re iuveris, & ne ab adversa quidem fortuna potueris superari. Tom. III.

ri. Pro quo cum tibi laeti, uberesque fru-Aus deberentur, tulisti sane illos magna acerbitate permixtos, odia, carcerem, exsilium, maledicta excepisti: multum cum vulgo, nonnihil cum patribus, plurimum tibi fuit cum fortuna certaminis, continentia, industria, animus in Rempublicam, vireus, innocentia, fides; labores tui fracti, abiecti, repudiati sunt, nec umquam tuae virtuti par dignitas data est. Equidem iam perfunctus es, explesti animos invidorum; placasti odia, improborum saturasti etiam perfidiam, & scelus perditorum. Sed sine sibi illi habeant suos titulos, sibi suas dignitares, fibi suos honores, fibi suos magistratus, sibi suas divitias; plus tu ista tua mediocritate, ista tua nimia, ut volunt, severitate adeptus es, quam ex tanto illi loco sint consecuti. Quis enim vestrum est, Patres, per Deum immortalem, qui, si praeteritorum optio detur, non malit se aut Octavianum Marianensem, aut Iohannem Pererium, aut Petrum hunc nostrum, vel quem

quem proxime amilimus sanctissimum senem Ludovicum Cardinalem Caputaquensem suisse, de quorum laudibus nec locus est, ut multa dicantur, nec dici sanc plura possunt, quando omnium voce celebrantur, quando quemvis ex tanto Patrum numero, eriam maximorum, a quibus commemorandis, ne cui infignitam iniuriam faciam, prudens abstineo, qui licet honorem, dignitatemque adsecuti non sint, gloria tamen, nominisque celebritate plurimum excelluerunt. Quando enim desinent omnes gentes de Petro loqui, quae ulla esse porerit gens, quae in eo laudando obmutescat, quando illum boni omnes non suspirabunt, mali non perhorrescent, semper ille meliori saeculo dignus iudicabitur, semper in eo Romanae illius abstinențiae indicia, institiae exemplum, magnitudinis animi certa lumina exstitisse existimabuntur, nulla res tanta putabitur, ac tam difficilis, quae non huius consilio regi, integritate defendi, virtute perfici potuisse censeatur. Haec de eo constans

stans erit apud bonos omnes opinio, haec sama celebrabitur, posteritati tradetur, aeternis litterarum monumentis commendabitur. Hi veri erunt honores, hae dignitates, hi gradus amplissimi, hae statuae omnibus statuis, sepulcris, molibusque diuturniores, neque ulla gens erit, quae huic Urbi, quae tantum virum genuerit, non invisura, nulla natio, quae similem sibi obtingere non optatura, nulla denique posteritas, quamvis selicissima, quae non sua tempora, quod tanto viro careant, luxata, mutila, mancaque sit existimatura.

#### ABITE



PII

# PII IL PONT. MAX ORATIO

DE BELLO TURCIS INFERENDO

ERUTA EX SCHEDIS AUTOGRAPHIS

A STEPHANO BORGIA

SACRAE CONGREG. DE PROPAGANDA FIDE

A SECRETIS.

Digitized by Google

 $||\boldsymbol{g}_{i}|| \leq 2 \left( \frac{1}{2} \right) \right) \right) \right)}{1} \right) \right)}{1} \right) \right)} \right)} \right) \right)} \right) \right) \right) \right) \right) \right) \right)} \right) \right)$ 

The grand with the second of the second

## **→** 247 **→**

#### IOSEPHO, MARIAE, CASTELLIO

S. R. E. PRESBYTERO. CARDINALI
TITVLI. S. ALEXII. IN . AVENTINO

SACR. CONGR. DE. PROPAGANDA. FIDE. PRAEFECTO
ANTIQUAE. VIRTVTIS. ET. SAPIENTIAE. VIRO
IN. OMNI. VITA

SINGVLAREM MAGNI CONSILII CONSTANTIAE

CASTIMONIAE ET PERPETVAE MODESTIAE

LAVDEM PROMERITO

1VQ

ZELATOR. COMMVNIS. REIPVBLICAE. BONI

ET. CATHOLICAE. RELIGIONIS. ADSERTOR. ACERRIMVS

LIBROS. PLVRES. CHRISTIANA. DOCTRINA. REFERTOS

OPPORTVNE. IMPRIMI. DIVVLGARI

MISSIONESQVE. FOVERI. AMPLIFICARI

PECVNIA. SVA. CVRAT

DIFFICILLIMIS. APOSTOLICAE. SEDIS. MVNERIBVS

QVADRAGINTA. AMPLIVS. ANNOS

PERFVNGENS

IN . SENTENTIIS . DICENDIS . FACVNDIA . GRAVITATE
IVRIS . PONTIFICII . PERITIA
THEOLOGICARVM . DISCIPLINARVM . SCIENTIA
SE . CVIVSCVMQVE . ORDINIS . HOMINIBVS
EGREGIE . PROBAT

STEPHANVS . EORGIA . V. S. R

BIVSDEM . CONGREGATIONIS . A . SECRETIS

PVRPVRATO . PRINCIPI

AD . VETERVM . NORMAM

IN . ECCLESIA . CONSTICVO

LITTERARIVM . MVNVSCVLVM

Q 4

### ERUDITO LECTORI.

PTANTI mihi aliquid scriptis tradere de Pio II. Pontifice Maximo, cuins memorians erebris sermonibus usurpare soleo, peropportune accidit, ut amicus meus Franciscus Maria Piccolomineus olim Pientiae Episcopus, & nunc Archiepiscopus Pergensis non tam genere, & cognatione cum codem Pontifice insignis, quam doctrinae fama, buius me voti compotem faceret \$ aureum quippe numisma, atque una Orationem non ante typis vulgatam (a) mihi benigne commodavit, quam egregius ille Pontifex habuit, postquam Turcis bellum inferre, atque ipse Classem in hostes ducere animo destinaverat. Haec duo igitur monumenta non minus ad Pium ipsum Pontisicem, quanz ad Ecclesiae historiam spectantia, quantum per vires ingenii mei licet, nonnullis animadversienibus, ac notis illustrare contendam.

Atque ut manum operi admoveam, Oratio quidem, quam nunc edere institui, eo Pontisice gloriatur auctore, qui non modo magnum sibi nomen in litteris secit, sed quousque Petri Sedem implevit, nibil quicquam antiquius duxit, quam ut vint Turcicam plus nimio instatam armis compesceret,

(1) Deest hace Oratio tum inter Opera Aeneae Sylvii Piccolominei, sen Pii II. edit. Basileae 1551., tum in collestione Orationum einstema Pentificis, quas in duobus Voluminibus Lucne edidit ann. 1755. & 1757. Gl. Iohan. Dominicus Manfius & Graecum Imperium funditus deletum, ac barbaro mancipatum servitio, in pristinum libertatis

G gloriae decus assereret.

Anxium habucrat haec sollicitudo Pium etiam cum esset privatus, ac nomen gereret Aeneae Sylvii Piccolominei; Nam Statim., at que intellexit a Mahumete II. Turcarum Principe Constantinopolim captam, expugnatamque fuisse (quae calamitas contigit die 29. Maii 1453. (a)) dici vix potest, quam acerbe id tulerit, quantoque aestuaverit animi dolore, atque aegritudine. Et revera is fuit miserae urbis terror, ea direptio, ac caedes, ut nullum usquam exstiterit saevitiae atrocioris exemplum, oppletis sanguine domibus, spoliatis, ac profanatis Dei templis, atque ipso Imperatore Constantino Palaeologo, dum fugam tentat, obtruncato, ut legere est in Annalibus Ecclesiasticis, ac praesertim in litteris querimoniarum plenis ad Pontificem Nicolaum V., qui tunc Ecclessam regebat, missis a Leonardo Chiensi Mitylenes Archiepiscopa (b), & ab Isidoro Cardinali Rutheno, qui tantae cladi interfuit, & singulari Dei beneficio incolumis evasit (c).

Hoc itaque nuntio tam diro, ac funesto perculfus Aeneas Sylvius litteris ex Graecio Styriensi datis v2. Iulii 1453. (d) Pontiscem compellare, atque officii sui resserenter admonere non dubitavit. In illis Nico-

(a) Vid. Chalcondylam , (c) In Phrantam , Turcograeciam Micolai Grussi pag. 53-101. 102. pag. 113.

(c) Inter Epift. Turcicas Nicolai Rengueri lib. 4. pag.113.

(b) April S. Antonin. P.3. (d). Inter , Oper. Aenese tit. 22: cap. 13. 9.14. Sylvii epift 162 apsg. 715.

Nicolaum orat, ut excidit tam luctuosi misertus relia gioni, ac reipublicae in summo periculo iam versants succurrat, nec diutius immanissimum hostem nostris cervicibus insultare patiatur. As ut ipsum magis exacuat, plurima dicit Historiae Pontificiae Scriptores de rebus ab eo praeclare gestis aliquando praedicaturos; Sed (deinde subdit) illud omnia funestabit, cum in fine adiicetur : " At huius tem " pore Regia Constantinopolis a Turcis capta, , direptaque est, nescio an diruta, incensave " dici poterit : quamvis in manu hostium data , minus exusta nobis, quam integra possit " obesse ". Itaque luet vestra fama sine vestra culpa, qui etsi totis conatibus opem ferre miserae civitati studuistis, non tamen Christianis Regibus persuadere potnistis, ut arma simul capessentes commune sidei negotium adiuvarent. Hos ille stimulos Pontificis vigilantiae subietit, atque ut una simul Cardinalium Senatum ad Classicum contra Turcas inflammaret, in eamdem sententiam alias ex eodem Graecio Styriensi x11. Kal. Aug. ciocccciiii. litteras scripsit ad Nicolaum Cusanum Cardinalem S. Petri ad Kincula (2).

Porro Pontifex Nicolaus, qui in primis studebat, ut Graecos in sinceram Florentinae Synodi unionem conglutinaret, eorumque ditionem adversus hot slium aggressiones muniret, nihil iam ante inexpertum reliquerat, ut Orbi Christiano ingruentem Turcarum procellam averteret, & Graeco Imperio labanti opem ferret. Nam posiquam audivitin

<sup>(</sup>a) Ibid. epift. 155. pag. 708.

in ipsis faucibus Bosphori Thracii praevalidam arcem a barbaris suisse constructam, numquam deinde cessavit, quin operam omnem, atque consilium ad corum refraenandam audaciam impenderet. At sero tandem intelligens Christianos Principes mutuis ediis & concertationibus incensos nequaquam adduci posse, ut arma sumerent adversus communem bossem, etsi permodicas Apostolicae Sedis vires tanto molimini haud pares esse sentiebat, tamen aliquid audendum ratus, & nonnullorum opibus, ac praesertim Matthaei Poiani Reatini Civis adiutus (2), Classem celeriter instruxit, eique Legati

(a) Litterne Nitolai, quibus liberalitatem Priant collaudat, exfant in Tom XVI. pag.65. Reg. fect. einfdem. Pontificis tenoris sequentis.

Nicolaus Episcopus &c. Dilecto filio Marthaeo Poiano de Réate castri nostri Pedislu ci &c. in temporalibus Vicario falutem &c. Attendéntes sincerae devotionis affectum &c. quodque tempore Classis, seu Armatae per Nos pro liberanda a Turcarum obsidione Constantinopoli mirendae de ducatis octo millibus Nobis, & Ecclesiae Romanae subvenisti, ac volentes vastro praedicto, & eius ho-

minibus de utili . & provido Refore & Gubernatore providere i foerantes &c. tea quamdin vixeris, teque cedente, vel decadente, tuos filios, nepotes, pronepotes &cc., & alios quoscumqué haeredes, & fuccessores &cc. Vicarium; & Vicarios nostros in temporalibus perpetuos didi caltri Pedisluci &c. ita quod te, vel uno, seu pluribus ex praesatis tuis descendentibus cedentibus, vel etiam haeredibus cedentibus, vel decedentibus reliqui, feu fuperstites &c. in corum locum -& portionem fuccedant cum mero, & mixto imperio, &

exercitio plenae, liberae, Se omnimodae iurididionis sam in personas, quam in bona kominum, habitatorum, & incolarum dicti castri &cc. nec non cum omnibus &c. fru-Aibus, atque proventibus, ac iuribus, quibuscumque Nobis, & eidem Ecclesiae &c. competentibus, & competituris, cum potestate etiam Ca-Rellanum . & Castellanos in dicta Arce, & Officiales in dicto cattro, & eius terrizorio , atque districtu , quos placuerit, deputandi, ac etiam privandi, & amovendi &cc. ac etiam cum potestare alium, Leu alies tuo, de tuorum defeendentium, haeredum, & fuccessorum huius loco &cc. ponendi, nec non cum emoglumentis, honoribus, modis, &c conditionibus debitis. &c confuetis, mora proprio, &c certa scientia tenore praesentium facimus, consistuimus, &c deputamus &cc. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno 1453. 10. Kal. Maii Pontisicatus an. NT.

(a) Vid. cit. epist. Aen**eae** Sylvii ad Card. Cusanum .

(b) Ex Codice membraneeeo saec.xv. Privilegiorum civitatis Anconae pag. 97.
adservato in archivo secreta
einselme civitatis descripsimus

## 254

etiam Aeneae Sylvii iam supra relatis excitus Nicolaus Classi sirmiori comparandae, novisque militibus scribendis animum adiecit.

Dun

mus fequentes Litteras Nicolai, quae nos docent damna, quae eidem civitati ex occupatione urbis Constantinopolitanae supervenere.

Nicolaus Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Constantia. fidei inconcussae, & eximiae devotionis affectus, quibus dile li filii Commune, & cives civitatis nostrae Anconitanae erga Nos , & Romanam Ecclesiam hactenus claruerunt. & adhuc clarere non fine magno laudis praeconio dinoscuntur . merito nos inducunt . ut petitiones corum, illas praesertim, quae ad publicum, & privatum dictae civitatis commodum pertinent, quantum cum Deo possumus favorabiliter admittamus . Sane pro parte Communis, & civium praedictorum Nobis exhibita petitio continebat, quod licet olim praefata civiras navigatione, & mercimoniis satis clarere, ac eius respublica potens, & opu-

lenta divitiis offe consueverit, tamen a nonnullis temporibus citra propter perfidorum Teucrorum Divini nominis hostium in Christianam religionem illata, & pleraque alia maritima, & terrestria bella, nec non & propter lugendum cafum perditionis civitatis Conflantinopolitanae, ad quama ac alias partes Orientales navigationum fuarum curfum, ur plusimum dirigebantur, civibus dictae Civitatis Anconitanae in huiusmodi navigatione impeditis, & quasi in portu detentis Commune praedictum maximam partem vectigalium, & publicorum proyentuum amifit, adeout talliarum, & aliis expensis publicis vigentibus, & proventibus diminutis, ipfum Commune. eo devenerit, ut ingenti sit debitorum onere, & alieno aere gravatum, neque proventus, & emolumenta huiulmodi voragini pollint lufficere ulurarum, ex quo ipli maiorum Italiae civitatum,

Dum strenue hoc urget, & veteres libros latinos, graecosque in tanta urbis clade distractos ab interitu vindicat, ut nobilem illam, & praeclaram

ac proavorum fuorum veftigiis inhaerentes pro bono publico communibus inter le tractatibus, & confiliis habitis, tandem ad liberandum fe ab ufuris huiusmodi ac aliquod perenne commodum eidem civigati procurandum concordi deliberatione unum Montem publicum magnae quantitatis pecuniae in dicta civitate Anconitana conflituerunt, ac ad iplius Montis zegimen . & gubernationem certos. officiales, qui inter cetera potestatem habeant denarios ipsius Montis quibuslibet eos emere volentibus pro qua maiori possint pretio vendendi, nec non cerra tunc expressa datia, & proventus civitatis Anconitanae praedicae, ex quibus ad rationem quinque pro centum occasione praemii, sive remunerationis, aut interesse eisdem ementibus annuatim respondeatur, prout antiquitus in alio Monte, qui in eadem civitate Anconitana fuisse dicitur, fieri folebant, deputarunt,

& quaedam alia circa hoc ad regimen Montis, & civitatis praedictorum falubria, & utilia statuerunt, & ordinaverunt, prout in libris authenticis deliberationum, five reformationum dictae civitatis Anconitanae plenius continetur. Quare pro parte Communis, & civium praedictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut constitutioni, deputationibus, & ordinations praedictis pro ipsius civitatis commodo affenfum, & auctoritarem praestare, ac alias super iis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui civitatum, & locorum quorumlibet Nobis, & Romanae Ecclesiae subditorum, & praesertim Anconitan., quam inter praecordia gerimus iugem profectum quantum cum Deo poffumus procuramus, attendentes cordinationem praedictam tam in publicum, quam priyatum, cuiusque civis, & aliorum emere volentium praedicto.

claram Bibliothecam conderet, quae in Vaticano nunc est, moritur Nicolaus die xxiv. Martii ciocccciv, eiusque in locum die viii. Aprilis eligitur Alphon-sus Borgia natione Hispanus, qui Callisti III. nomen assumpsit. Is Cardinalis cum esset voto se obstrin-xerat nullam sibi potius rem sore, quam ut Tureis bellum conslaret, & Graeciae principem urbem e vinculis captivitatis eriperet, quod & magno ani-

dictorum commodum vergere, quodque licet ipli cives conferant in rempublicam, ut aliquid commodi assequantur, tamen exinde longe minus. quam ex mercimonio confueverunt, lucrum reportant, animadvertentesque quod per ordinationes hviusmodi puellis nubilibus, pupillis, viduis, Ecclessis, Hospitalibus, & aliis Piis locis de dotibus, & annuis redditibus in fimilibus Montibus constituendis facillime provideri posse confuevit, constitutionem, deputationes, & ordinationem. praedictam, quas ac ipfius ordinationis tenorem praesentibus haberi volumus pro expressis ratas habentes, & gratas Communi, & civibus antedictis, ut ipsi praefatum Montem in eadem civitate

Anconitana iuxta constitutionem, & ordinationem pracmissas, ac alias per eos impoflerum desuper rationabiliter faciendas constituere, ac perperula fueuris remporibus habere . & retinere libere . ac licite valeant auctoritate Apostolica ex certa scientia permittimus per praesentes. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hane paginam nostrae voluntatis, & permisfionis infringere &c, Si quis autem &cc. incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentelimo quinquagelimo quarto, Kal. Augusti, Pontificarus nofiti anno oftavo.

animo statim aggressus est (a). Nam nondum elapsis duobus mensibus post Pontificatum adeptum destinavit Ludovicum Scarampum Mediarotam Patriarcham Aquileiensem S. R. E. Cardinalem tituli S. Laurentii in Damaso Legatum in classe maritima contra Turcas paranda. Mense autem Septembri eius dem anni ciocccciv. Iohannem Carvaialem S. Angeli Cardinalem morum sanctitate, ac prudentia percelebrem ad Germanos, & Hungaros ablegavit, ut Pontificio nomine, & suamet auctoritate res âbi turbatas componeret . Imo & Principes Christianos simul omnes hortari, vehementerque obsecrare per litteras non destitit, ut, aliis omissis curis, ac simultatibus parumper depositis, in hoc vellent sacrum bellum incumbere, aut sibi saltem permittere, ut pecuniam pro tauta rei mole sustinenda ubique colligeret , seipsum ad omnia , atque etiam ad vincula paratum ostendens, dummodo änfandum Mahumetis iugum e collo Christianae gentis excuteret: Utinam (sie ille in litteris ad Tom.III. Alphon-

(a) Huius voti, sive iuramenti formula habetur in Annalibus Laurentii Bonincontrii Miniatensis ad ann. 1455. apud Murator. To.xxi. rer. Italic. Scriptor. col. 158. Eamdem formulam italice scriptam exhibet Cl. Ioh. Lamius in Catalogo Biblioth. Riccard. Cod. chart. iu fol. n. 35. pag. 89. litt. C. Verum natath eft dignum, quod cum illud Callitus in Cardinalatu concepisset, & manu propria o scripsisset, in eo tamen disertis verbis se Pontificem Calalisti nomine appellavit, quod ut ait Bartholomaeus Platina in vita eiusdem Pontificis, admirationem omnium, qui aderant, attraxit.

Alphonsum Aragoniae, & utriusque Siciliae Regene datis (a) ) ut tanta strages, opprobriumque Fidei orthodoxae cessaret, captivitas personae nostrae sufficeret, quam sponte offerimus, novit Deus. Quis non miretur, ac summis laudibus efferat eiusmodi voces, atque animi sensus Christi Vicario plane dignos ? Ea tamen illorum. temporum conditio fuit, ut Pontifex bortando, orando, omnemque movendo lapidem parum, aut potius nihil profecerit. Itaque in Deo tantum spems habens, & in Ecclesiae Romanae pia liberalitate, quae non thesauros sibi cumulat, sed populo Christiano servando dispergit, non solum aerarii Pontificii opes universas exhausit, sed gemmis divenditis, alisque pretiosis ornamentis, alienatis etians Ecclesiasticae ditionis aliquot oppidis (b), tantam pecuniae vim congessit, ut classes fexdecim triremium Romae aedificatarum tandem parata sub imperio Ludovici Cardinalis in Orientem adversus Turcas navigare potuerit. Callisti conatibus ita favit omnipotens Deus, ut anno insequenti cioccccivi. duplicis victoriae nuncium acceperit. Prima fuit prodigio similis,

(a) Rayn. an. 1456. n. 10.

(h) Rayn. an. cit. n.49. Eadem liberalitate usus est Sistus IV. erga Ferdinandum utriusque Siciliae Regem, cui ut opem ferret in expeditione contra Turcas, qui Hydruntum magna Christianorum. strage an.1480. occupave-

rant, vendere non dubitavit Hieronymo, & Augustino de Estoutevilla Castrum, seu Oppidum Frascati Insculanae.a Dioecesis pretio otto milliuma surenorum auri. Ex lib. 12. Divers. Camer. pag. 208. in Archiv. Vatic. ut Annales Ecclesiastici referent; Hungari namque, etsi longe numero impares, tanto ardore pugnaverunt, ut immensas Turcarum copias ad Albam Graecam prostraverint, ingensque sibi decus in omnem aetatem pepcrerint. Alteram in Aegeo mari partam vergente iam anno in sinem nunciavit Cardinalis Patriarcha Aquileiensis, qui navibus hostium prosti-gatio, insulas Lemnum, Naxon. & Lesbum nullo proste perotic in simple successione.

prope negotio in suam redegit potestatem.

His prosperis, laetisque successibus Callistus alacrior factus, & novam classem opera usus Alani Cardinalis Avenionensis instrui, ornarique mandavit, & Equites Ierofolymitanos, qui tunc Rhodum tenebant, opemque implorabant Pontificis, aliquo subsidio misso, confirmare cupiens, Romae suis expensis fabricari iussit solemnem galeatiam .... cui forsan similis in mari non reperitur, sicut äpse ad Regem Galliarum scripsit die vs. Novembris eioccecivi. (a) Sequitur annus cioccccivii., in que Cardinalis Patriarcha quamvis numero navium inferior, pluries tamen cum Turcis circa Rhodum, & Lemnum pugnavit, eorumque classes eadem felicitate vicit, & in turpem fugam abire coegit. -Quibus victoriis magis, ac magis erectus Callistus illius classem tribus aliis triremibus adauxit, quas gentili são Gabrieli Borgiae ducendas tradiderat, multo plures pollicitus statim ac Principes ea. praebuissent auxilia, quae se daturos receperant. Ex litteris, quas idem Cardinalis Patriarcha dedit ex Rhodo Infula v. Augusti cioccccivii., Georgium. R 2 commen-

(a) Rayn. n. 10.

Fommendans Diplovatatium Constantinopolitanum kivem Stirpe Imperiali ortum, quasque in lucem protulit amicus meus eruditione, & doctrina clarissimus Hannibal de Abatibus Oliverius, dum res gestas edisserit Thomae Diplovatatii (a), perspicue apparet, hunc Georgium Pontificio Legato non parum utilem toto eo tempore navasse operam. Bello tam fauste suscepto, gnaviterque administrato, spes erat in posterum quoque secunda omnia. fore, si Principum auxilia opportune advenirent, classique Ecclesiasticae sociarum navium robur accederet. Sed illis frustra exspectatis, omnis actio bellica elanguit, interimque Callisus aetate iam gravis die vi. Augusti ciocccciviii. decessit in ipsa Dominicae Transfigurationis festo, quod solemnius an Ecclesia celebrari ob victorias e Turcis reportatas praeceperat.

At in Callisti obitu minime defecit ipsius institutum, ac virtus; siquidem Aeneas Sylvius Piccolomineus, quem sacri belli cupidum prae ceteris
vidimus, quemque inter Cardinales Callistus iam
cooptaverat, eodem Augusto mense Pontifex sub
Pii II. nomine est renunciatus. Inito vix Pontisicatu, nullum in eo studium ferventius, nulla cura
fuit potior, quam belli tam iusti redintegrandi,
ulciscendique iniurias a barbaris Christianae Reipublicae illatas. Sed cum negocio adeo magno, ac
dissicili nec vires Romanae Ecclesiae sufficerent, nec
pecuniae modus e decimis, alisque collationibus
a Callisto paratus tanti oneris necessitates aequaret;

<sup>(</sup>a) Memorie di Tommoso Diplovatanto in Pesaro 1771. p.6.

re prius mature perpensa cum Cardinalibus, & deina de cum Principum Oratoribus, qui Romae aderant, Mantuae concilium indixit III. Id. Octob. CIOCCCLIVIE, eeque non solum Oratores, sed Principes ipsos, liberosque populos quotquot in Italia erant vocavit, ut quae in rem essent ad bellum fortiter capessendum, communi sententia, ac voto deliberari possent. Nam vincere Turcas (ita Pius in suis Commentariis (a), quae perperam olim Iobanni Gobellino tribuebantur (b) non huius, aut illius Regni opus, sed totius Christianae Reipubli-

(1) Lib. 2. Francofurti 21614. pag. 34.

(b) Quod Commentaria Pii II. nomine inscripta ipsins revera sint , nemo paullo eruditior negaverit, postquam difflata est opinio Francisci Bandini Piccolominei Archiepiscopi Senensis, qui Romae rum ederet an. 1584. haet ipsa Commentaria Gregorio XIII. nuncupata, eorum austorem non Pontificem Pium, sed illius familiarem Iohannem Gobellinum putavit . Praesulis auctoritas, & bužu<sub>l</sub>mod**i reru**m cognitio supra ceteros in eo credita facile multos in errorem traxit, quamvis Platina Pii II. vitam enarrans plane contrarium asseruisset his verbis: Commentariorum de rebus a se gestis libros duodecim feripfit, tertiumdecimum inchoavit . Verum Archiepiscopi allucinatio, qui operis amanuensem auctoris loco perperam habuit, luce clarior emergit ope Codicis, quem Bibliotheca Corsinia num. 147. notatum adjervat, quiques usui permagno esse potest novam Commentariorum editionem adornare supienti. Ibi ad calcem: Divo Pio II. P.M. volente Iohannes Gobellini de Lins Vicarius Bonnensis Colonien. Dioecesis hoc opus anno Domini MCCCCLXIV. dis xir. menlis Iunii exferipli feliciter .

eae videbatur. Necessaria igitur corum consilia existimavit, quorum auxilia requireret. Haec fuse descripsit Leodrissus Cribellus Mediolanensis in opusculo de expeditione Pii II. in Turcas, non inopportuno ad postrema eiusdem Pontificis gesta dignoscenda (a). Hunc synchronum au-Elorem, ac multo magis Pii Commentaria sequar in iis narrandis, quae ad rem initio propositam pertinere arbitrabor. Interea Pius, ne bello intermisso per occasionem Concilii, Oriens totus Turcarum dominationi succumberet, novum erexit militarem Ordinem sub titulo B. Mariae Bethlemiticae, cuius esset munus, ut Lemnum Insulam, & ceteras Aegei maris defenderet, & non secus, ac Equites Ierosolymitani Turcarum piratas ultro, citroque. discurrentes coerceret.

His ita dispositis e Roma Mantuam versus discessit die xxii. Ianuarii ciocccciix. nibil hiemis
asperitatem, aut longinquitatem itineris, nibil podagram veritus, qua constitabatur assidue, dummodo Christiani populi, & sidei securitati prospiceret. Locus est hic memorandi responsum aeterno
dignum elogio, quod nonnullis dedit pericula ob
oculos ponentibus tum valetudinis parum sirmae,
tum Romae, ac temporalis ditionis, quae Pontisice abeunte, nil erat proclivius, quam ut inhiantibus undique tyrannis in emolumentum, ac praedam concederet. Cum redieris, aiebant (b), non
invenies locum, ubi reclines caput, quem

<sup>(</sup>a) Tom.xxIII. rer. Italic. (b) Lib.2, Comment. Pii II. Scriptor. col. 25., & feqq. pas-39.

possis tuum dicere . Ad haec Pontifex : Meliora. inquit, praestabit Deus, cuius acturi caussam peregre proficiscimur: quod si permiserit divina miseratio id fieri, quod timetis, privari his temporalibus bonis Ecclesiam, quam side malumus; nisi servamus quod promisium est, perit fides nostra; & quis amplius crederet nobis? Religio quoque in discrimine ponitur, quam Turcae oppugnant, adversus quos conventus indictus est: sin pergimus, nutat temporale regnum Ecclesiae, & hoc saepe amissum est, & saepe recuperatum : spirituali, si semel exciderimus, difficile vindicari aliquando poterit: pereant haec fluxa, dummodo solidiora illa retineamus. Toto itinere nil ferme aliud egit, quam aut scribendo Principes ad bellum hortari, aut sacras obire functiones, quas Romae peragere consueverat. Perusiae enim, quam primo adivit, festum Purificationis B. Virginis celebrans, cereos, ut mos est sieri in Pontificio sacello, distribuit, mox eadem in civitate templum amplum, & nobile Deo in honorem S. Dominici dedicavit (a). Inde postquam Corsignanum natale solum (o). Senas illustiem patriam, Florentiam, Bononiam. abiisset, Ferrariae, ubi honorifice exceptus est a Borso Estensi Apostolicae Sedis Beneficiario, die xxiv. Mais pompa festum Corporis Christi solemni

(a) Lib.2. Comment.Pii 11. pag.43.

(b) Corsignani oppidum...
an.1462. Piu. II. Episcopali

apite ornavit, & deinde Pientiam appellari iussit a Rayn. an. 1462. n.46. bravit (a). Mantuam denique die xxvII. eiusdem metasis intravit, publicis, ut par erat, comitatus obsequiis, praesertim Ludovici Gonzagae eiusdem urbis Marchionis, ingentique omnium plausu, ac laetitia traductus. Ingressus Mantuam est (ita Iohan. Antonius Campanus Episcopus Aprutinus (b)) sexto Kalend. Iunias, quatriduo prius quam Romae subscripserat, pompa eadem, qua Perusiam, nisi quod hic Regum, Principumque Legati lecticam subiere.

Conquestus est Pius non ommes Principumio Oratores Mantuae convenisse: Attamen paullo post, advenientibus, qui deerant, negotium soederis adversus Turcas discuti coepit, mutuisque pollicitationibus, ac pastis sirmari. Longum hic esset describere quantas tum curas, ac labores impenderit Pontifex, ut suos pro re Christiana tuenda, ampliandaque conatus ad sinem optatum perduceret. Sollicitaverat iam Pius exemplum Callisti secutus (c)

(a) Vid. Diar. Ferrariense ab an. 1409. ad 1502. col. 205. Tom. XXIV. rer. Italic. Scriptor.

(b) In vita Pii II. a Campano scripta, quae exstat inter Opera eiusdem Pontificis edit. Basileae 1351., mendum errepsit in nomine Episcopatus Camsani, dicitur enim Arezinus Episcopus, quando Aprutinus scribendum erat. (c) Callifus III. egit cum Conftantino Zaraiacob Aethiopiae, & Ujuncassano Persidis, atque Armeniae Regibus, cumque aliis Asiae, & Africae populis, ut bello Turcas aggrederentur, opera usus Ludovici Bononiensis, & Bartholomaei Fulginatis Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia. Exstant apud Raynald. ann. 1456. num. 455.

etiam Asiae Principes ad bellum Turcis rendum, eosque facile socios habiturus videbatur, fi vera sunt, quae Drvid Imperator Trapezuntinus ad Philippum scripsit Burgundiae Ducem litteris datis die xxII. Aprilis CIOCCCCLIX.; in iis enim affirmavit se non modo ad arma sumenda paratum esse; sed Persarum Regem, & Armeniae Minoris, Iberiae, ac Mingreliae Principes, cum aliis nonnullis eius orae populis idem uno animo, studioque facturos.

Verum

€ 1457. n.67. 68. 69. Pontificiae litterae hac de re scriptae ad Reges, populos, & universitates Christianorum, qui Franchi appellantur in regnis Persiae, & Giorgianae constitutas. Atque hic notandum Francorum nomine Europaeos occidentales a Turcis appellari consuevisse, il-Indque a tempore Cruciatarum, seu sacrarum expeditionum in Palaestinam Latinis , live Europaeis , live étiam indigenis (constat enim Latinus in Syria, ac Palaestina domicilium fixisse ab aevo S. Hieronymi) adhaesisse, vel quia Francorum militum numerus plerumque in illis expeditionibus maior esset, vel quix Franti aliquo tempore Palaestinam ipsam tenuere: unde factum est, ut Syri. Arabes & Mahametani non modo Latinos indigenas, & Europaeos, sed Europam ipsam boc nomine agnoscerent, eam Frankistan nuncupantes . Vid. Herbelot . Hinc for an etiam evenit, quod in Indiis quoque orientalibus Francorum nomine Itali , Angli , Lusitani , Hi/pani , aliique Europaei de> signentur . Hoc vocabulo, ipsi Graeci scriptores, licet primitus folos Francici regni populos intelligerent, tameni post Nortmannorum victorias eodem usi sunt, ut Apuliae; & Calabriae populos indigitarent (Gour. not. Codina c.c.n.43.) Tandem Anna Comnena , Iohannes Scylitzez, Curopalates dictus, alique Latinos omnes eodem Francorum nomine intelligunt

Verum prudentior quisque intelligebat baec omnia quantumvis laeta, ac secunda nihil egregium paritura, nisi pace prius, & concordia inter Christianos conciliata. Pontifex in id maxime intentus rem hanc prae ceteris urgebat in Mantuae conventu, ad quem per eos dies tum Franciscus Sfortis Dux Mediolani accesserat, tum legati confluxerant ex variis Europae, atque Asiae regionibus, nempe ex Macedonia, Epiro, atque Illyrico, & ex Rhodo. Cypro, ac Lesbo Infulis omnes auxilium contra Othomanos, Aegyptique Sultanum rogantes, quos perpetuo infestos, ac velut impendentes capiti gladios habebant. Et re quidem vera eorum salus in ancipiti magis tunc stabat, quod post Callisti mortem Pontificia classis Aegeo mari excesserat (a), ac nemo amplius hostium impetus, ac molimina coercebat.

Post multas, variasque sententias ea suit Mantuani conventus deliberatio, ut cuiusque gentis socderi sacro adscriptae pro bello reparando triennio Clerici decimam, Laici trigesimam, Iudaci vigesimam solverent. Haec insuper Florentini, Senenses, Ianuenses, Ragusti, Rhodii, ac Bononienses polliciti sunt, se pro viribus maiora etiam libenter concessuros. Et Borsi Estensis Ora ores (b), ut plus aliquid secisse, quam reliqui viderentur, aureorum trecenta millia in expeditionem adversus Turcas polliciti sunt; quod admirationem omnibus attulit, cum promisso ultra vires videretur. Veneti quoque alacres ad bellum cum Turcis capes-sendum

<sup>(</sup>a) Vid. Hist Asiae Minoris (b) Comment. Pii II. 46.3. Aeneae Sylvii cap. 87. p. 379. pag. 93.

fendum videbantur; at non levis inerat difficultas, quod summum in eo imperium sibi deposcebant . Ferdinandus Neapolis Rex , qui superiori anno Alphonso patri successerat, ceteris quidem. flagrabat ardentius, sed eum Ducis Andegavensis arma, & procerum regni alienatio distinebant. Ex Gallia nihil spei erat; parum etiam ex Germania, eo quod Fridericus III. Imperator post mortem Ladislai Regis Boemiam , & Hungariam , tamquam sibi debitas vindicabat, suisque rebus potius, quam Turcico bello studebat. De Francisco Sfortia, eiusque promissis res in ancipiti remansit. Breviter ut dicam , Principum sollicitudo nequaquam Pontificis exspectationi respondit; & nihilominus ea virium, atque opum collatio decreta tunc fuit, ut si, additis copiis Albanorum, Graecorum, aliorumque Asiae populorum, adhibita vere, opportuneque fuisset, maximum inde emolumentum capere Christiana res potuisset. Cum post auxilia Statuta, & rei gubernandae formam solerter dispositam, conventus unanimi voluntate sanxisset bellum quantocyus terra, marique gerendum esse, sui muneris Pius esse duxit, ut illud confestim litteris datis xvIII. Kal. Februar. CIOCCCCLX. palam facerct, ac declararet (a).

Rebus ita compositis, Pontisex e Mantua, nihil hiemis rigore deterritus, Florentiam rursus, ac Senas remeavit, ibique, podagrae morbo ingravescente, substitit usque ad IV. Idus Septembris, ut balneis Petriolanis operam daret (b). Romam inde professius

<sup>(</sup>a) Rayn. an. 1460. n. 1., & feqq. (b) L.4. Comment. p. 192.

fectus est, ut belli sacri negotio vacaret. Sed Ferdinandus Rex, qui & antea pollicitus fuerat per Oratorem suum Archiepiscopum Beneventanum, & recens in Mantuano conventu, se totis viribus adversus communem hostem ei praesto futurum, ita valide ab aemulo Duce Andegavensi premi coe-Pit, ut Pontifex in tanto Regis discrimine ipsius partes suscipere, & bellum una gerere, ac susten-Stare debuerit. Haec armorum conflictatio, & aliae turbae excitatae in ditione Ecclesiastica, praesertim a Malatestis, & Manfredis, solidos quatuor annos absumpsere, nec ante cessaverunt, quam Iohannes Andegavensis e regno pulsus, & in Galliam redire coactus, liberum, ac tutum folium Ferdinando reliquit, Malatesta autem, & Manfredus ad officia clientum Romanae Ecclesiae redierunt. Nec tamen Pontifex eo toto tempore propositi sui oblitus est, cum ipsum non minus animo insita pietas, ac religio, quam Turcarum progressus, & preces Christianorum orientalium eius opem enixe implorantium quotidie magis accenderent. Hos inter longe eminebant Patriarchae Alexandrinus, Antiochenus, & Ierosolymitanus, qui legatione missa Pium de Christianae rei statu, deque sua side orthodoxa iuxta regulas in concilio Florentino sancitas certiorem fecerunt: Spartani quoque, gens olim totius Graeciae clarissima, ad eum supplices manus tetenderant, suaque omnia ipsius arbitrio submiserant, dummodo barbarorune vincula, & dominatum effugerent (2). Praeter Legatos Persarum Regis, & Impera-

(a) Lib.4. Comment. pag. 103.

peratoris Trapezuntini, nonnullos etiam a Cilicibus, aliisque Asiae populis acceperat, iique omnes uno ore nihil se magis optare ferebant, quam suat vires contra Othomanos cum nostris coniungerent. Tot legationibus caussim in primis dederat Mahumetis II. formidanda prosperitas cunsta secum, quocumque arma verteret, torrentis instar abripiens; etenim iam Lemnum, & Lesbum Insulas a nostris bello superiori receptas, viriliterque, ut ostendimus, a Patriarcha Aquileiensi desensas occuparat; iam Peloponnesum totam subegerat, eiusque Despotam Thomam Palaeologum suga salutem quaerere; & Romam migrare coegerat, ubi illum Pius una cum seteris a Turcis patria eiestis humanissime excepit (a).

(a) Perpetuam hanc consuetudinem habuit Ecclesia. Romana , ut Christianos fidei €au¶a laborantes opibus ubique foveret, & ad le confugientes materno affectu reciperet, Praeclare buc facit epi tola Dionysii Corinthiorum Episcopi apud Eusebium Hist. Eccl. lib.4. cap.23., ex qua intelligere quivis potest, quanta foret Romanorum Pontificum erga fidelium Ecclesias etiam longe remotas pia liberalitas . Hoc idem confirmat S. Martinus I. in litteris datis ad Demosthenem Sacellarii

Constantinopolitani rescriptorem apud Avastasum Bibliothecarium in Collectanea edita a Sirmundo Parisiis 1620. Ei namque intervoganti, quo modo Pyrrbus Romae a Theodoro Pontifice habitus fuerit; Perbenigne, ut Epi/copum. decebat, exceptum, atque omnibus ad vitae commodum necessariis instructum swisse re/pondet . Posten subdit : Vos Domini mei nescitis Ecclesiam Romanam? Dico enim vobis, quia quisquis venit illuc miferabilis homo hofpi-: mri, omnia ad ufum praeben--

Post haec fiducia simul, ac viribus auctus Imperium Trapezuntinum deleverat, expulsa, rebusque omnibus spoliata Comnena familia, quae ab auno CIDCCIV., in quo Galli, ac Veneti Constantinopoline urbem vi captam diripuere, suam ibi sedem collocaverat. Ferocientem, ac tumidum tot victoriis barbarum Pius litteris benigne , docteque scriptis non modo saevum minus, ac trucem in Christianos homines reddere sategit, sed etiam spe quadam, ac titulo legitimi Imperii ostentato ad veram' fidem allicere conatus est (a). Ille tamen nihilo mitior, aut pacatior factus anno ciocccclxiii. Bosniae regnum exercitu invasit, obtruncatoque propriis ma nibus Thoma Rege, eas quoque terras caedibus, as rapinis crudelissime vastavit. In eo tumultu cum regia uxor Catharina hostiles gladios meliori sorte evasisset, Romam & ipsa continuo venit, ubi munifice, ac liberaliter habita per Pium II., & successores

tur ei, & nullum immunem fuis donis S. Petrus repellit venientibus illuc, fed panis mundissimus, & vina diversa dantur non folum ei, fed & hominibus, eius pertinentia. Si ergo in miferabilibus hominibus haec fiunt, qui venit etiam honorabilis sicut Episcopus, qualem sumprum habet suscipere? Innumera prope sunt buius modi caritatis exempla, quae describere non est huius loti. Equidem,

s vellem tantummodo viros Principes recensere, qui suis e sedibus exturbati, debitoque honoris cultu carentes (ut Adelais Imperatrix saeculo x., Iohannes Brennensis IerusalemRex saecxui, alique plurimi subsecutis temporibus) Apostolicae Sedis benesicias senserum, haud multo negutio haec series historice digesta in volumen excresceret.

(a) Raynald. ann. 1461; a n.54. ad 112. cessores Pontifices, e vita demum excedens anno cioccccixxviii. amissi Bosnici regni iura Sedi Apostolicae lezavit. Bosniae regno Valachiae partemo Mihumetes illico adiunxit, occupassetque brevi post tempore etiam Epiri provinciam, nisi strenuus, ac rei bellicae peritia celebris Princeps Georgius Castriotus Scanderbeg cum eo pacem opportune secisset.

Cum misera haec foret Reipublicae Christianae. conditio, Pontifex nil sibi potius habendum putavit, quam ut bellum adversus Turcas in Mantuano congressu decretum acceleraret. Primo igitur triremium, quas in Portu Pisano parari iusserat, Praese-Elum constituit Nicolaum Fortiguerram Cardinalem S. Caeciliae, eique negotium dedit, ut super impositis crucesignatis quotquot ad eam diem convenissent, illas Anconam duceret, in qua urbe classem omnem, & copias colligere destinarat; deinde cum praesens bellum gerere, ac per se ipsum administrare statuisset, stuporem ea res non modo Cardinalium Collegio, sed universis fere Romanis civibus, Principumque Oratoribus iniecit, quicumque affectam. Pontificis valetudinem, bellique casus ancipites reputarent. At Pius excelsi animi Pontifex haec disserentibus ita respondit (a) ; Principatus enim facile his modis retinetur, quibus ab initio partus est: abstinentia, castitas, innocentia, zelus fidei, religionis fervor, contemptus mortis, martyriique cupido Romanam Ecclesiam toti orbi praesecerunt .... cessavere marty-

(2) Lib. 12. Commentar. pag.339-

martyria, & sancti Confessores introiere, qui doctrinae lumine, sanctiorisque vitae fulgore non minus Christianis plebibus profuerunt, quam Martyres, vitiis hominum fraena ponentes, quae solent in pace latius evagari: ab his, & ab illis Ecclesia nostra magna effecta est. Servari non potest, nisi praedecefsores nostros imitemur, qui regnum Ecclesiae condidere: nec satis est confessores esse, praedicare populis, fulminare vitia, virtutes in caelum tollere: ad priores illos accedendum est, qui pro testamento Domini sua corpora tradiderunt ..... Pro Deo nostro propriam sedem, & Romanam Ecclesiam relinquimus, & hanc caniciem, atque hoc debile corpus fuae pietati devovemus &c. His dictis Cardinalium fletus obortus est, quorum unus Iohannes Carvaialis in hanc sententiam prorupit (a): Hominem te, inquit, hactenus existimavi, Pontisex, nunc Angelum iudico, vicisti opinionem meam: Deus adsit tuis coeptis: ego lateri tuo semper comes adero, five aqua, five terra fit iter habendum; nec te per flammas euntem deseram, quando recta in caelum vadis.

Secundum haec Pontifex constitutione editaspud S. Petrum XI. Kal. Novembr. CIOCCCCLXIII. (b) bellum Turcis solemniter indixit, foederisque summam, ac rationem omnem exposuit, quod cum Philippo Burgundiae, & Christophoro Mauro Venetorum Duce

<sup>(</sup>a) Life. 12. Commentar. (b) Raynald. ann. 1463.
pag. 341.
an. 29. ad 49.

Duce pepigerat (a), quorumque sidem habuerat una secum maritimis copiis in hostem ituros, dum Rex Hungariae Matthias terrestri exercitu instructus alia parte rem gereret. Sed Philippus fidem datam cito deseruit, nec Pii monita deinceps apud eum Valuere, ut ea praestare vellet, quae toties promiserat usque ab anno cioccciv., sum per manus Iohannis Cardinalis S. Stephani in monte Caelio Crucem assumpsit. Neque tamen Pius vel hanc ob caussam, vel quia tanto ponderi haud pares aerarii Apostolici vires intelligeret, praesertim cum decimae, vigesimae, & trigesimae in Mantuano conventu statutae nonnisi lente, ac difficulter procederent, propositi sui spem abiecit, aut animi alacritatem imminuit. Aluminis vena insignis in agro Tulphano prope Centumcellas detesta tunc fuerat, vi-Tom.III.deba=

(a) InHist. Veneta Andreae Naugerii patritii Veneti ab origine urbi: ad an.1498. ita describitur foedus a Pio II. anitum cum Venetis ; Offerse al Papa oltra venti Galere, che faceva armare in Venezia. 🕻 aliae in Portu Pisano construebantur) la sua persona medelima a quella imprefa-Fu però pel Senato deliberaso, che il Doge con quattro Configlieri da effere eletti, dovelle andare fopra l'armata all' impresa. La qual parte ebbe di si ballorre 107., di nd 11., non fincere 16.&c.

E furono nel maggior Configlio eletti i Configlieri a 7. di Luglio, i quali furono Ser Triadamo Gritti , Ser Niccolò Tron, Ser Giacomo Barbarigo, e Ser Pietro Mocenigo, i quali dovessero, andare in armata. La quale adunata in Venezia di gran numero di Galere, delle quali tre furono armate dal Papa, e due dalla Comunità di Bologna, una da quella di Lucca, e due dal Marchese di Ferrara &c. Vid. Tom xxIII. rer. Ital. Scriptor. col, 1 1 24.

debaturque ea res haud modicum Ecclesiae Romanae proventum allatura. Hunc ille totum Turcico bello attribuit, & Veneti Ducis, aliorumque Principum Italiae auxiliis fretus, opibus etiam Cardinalium adiutus, inter quos Rodericus Borgia Diaconus. S. Nicolai in Carcere triremem obtulit suis expensis fabricatam, componendis, quae supererant, rebus, professionique maturandae solummodo incubuit, nil pestiolentia commotus, quae tunc Anconam tenebat.

Paratis itaque omnibus, quae vel urbis custodia, eo absente, vel classis usus requireret, inter quae vestigal buccellati panis, qui tum Corneti siebat, sublatum reperio (a), die sexto post idus Iunias ex aedibus Vaticanis in basilicam Principis Apostolorum

(a) Pius PP. II. Dilectis Filiis Communitati, & Officialibus Civitatis nostrae Corneti &c. Cum pro munitione classis in Turcos armandae, & sustentatione eorum, qui pro fide pugnabunt, mandaverimus fieri biscottum de frumento per istam nostram Communitatem, & alias daro in fubfidium huius fancti operis : existimamus indignum. etiam ut pro rebus nostris, & fidei gabella aliqua exigatur . Volumus' & vobis per praesentes mandamus sub poena indignationis nostrae, & trecentorum ducatorum Camerae Apollolicae applican-

dorum, quatenus ab illis, oui praepofiti funt huiusmodi biscotto faciendo, non exigatis, vel exigi faciatis aliquam gabellam moliturae, vel cuiusvis alterius operis, seu solutionis. Quinimmo si aliquid per vos, vel alios fuisser receptum, volumus inregre, & cum effectu restitui finfra tres dies sub iam dicta poena . Non obflantibus in contrarium facientibus quibufcumque. Datum Romae apud S. Petrum fub annulo Piscatoris die xi. Iunii MCCCCLXIIII. Pontificatus nostri anno sexto . Exstat in Archivo secreto sivitatis Corneti.

Holorum descendit, qui mos perpetuus ei erat, quo-Biescumque Roma pedem efferret. Ibi post preces humiliter Deo fusas, ut belli suscepti caussam benigno prosequeretur favore, hanc ipsam habuit Orationem, quam e tenebris erutam in lucem emittere constitui. Cardinalis Pipiensis (a), Pontificis iter Anconitanum describens, ita inquit: In basilica Vaticana successu rerum pie deprecato Roma egressus est. Nec discrepat Iohannes Antonius Campanus cum refert : Ibi omnibus ad precandum felicem rerum successum invitatis, festinato ad pontem Milvium lectica delatus est. Quibus ex verbis non secus, ac e contextu liquido constat Orationem, quam tradimus, a Pio recitatam fuisse in templo D. Petri eo ipso die, quo Roma discedens Anconam versus properavit, Quam sucrit eloquens Pius, quantoque ingenio praeditus, ac scientia, illius Opera ostendunt, quae typis edita babemus. Haec vero Oratio, quae inter Pii Orationes postrema suit, pictate, & gravitate sententiarum, meo quidem iudicio, ceteris ipsius lucubrationibus apprime respondet. Campanus critice pensitans Pontificis nostri Orationes ita censet: Sententiis, quam verbis illustriores, copia mira, & ad magnitudinem rerum excrescente; de verborum delectu nonnihil illi Germania detraxerat, coacto saepe apud barbaros cultiora negligere. Idem Anconitani itineris narrationem contexuit; sed non ita diligens suit, ut Papiensis, & Guerncrius Bernius, qui quaedam buic rei

(a) Lib. 1. Comment. pag. 354. edit. Francosurci 1614. ...

peculiaria in chronico Eugubino congessit (a). Pius igitur die, quam supra indicavimus, cum venisset ad pontem Milvium, & Cardinales, ao domosticos omnes, quos comites habiturus non erat, perhumaniter a se dimisisset, navigium in flumine Tiberi, sibi iam paratum conscendit. Sub ipsum navigationis initium febri correptus male habere se coepit; sed morbum animi robore, ac vultus hilaritate occuluit, nimirum veritus, ne medici retro statim abire. ac Romam repetere cogerent. Tiberi vectus primo ad castrum Iubilaeum applicuit, & mox Fianum. pervenit, ubi Cardinalis S. Caeciliae, qui modo Tiberinum ostium intraverat, & citatis equis eum fuerat consecutus, classis rationem omnem, ac statum exposuit, quam a portu Pisano per Siculum fretum in Anconam deduci mandaverat. E Fiano monasterium S. Benedicti sub monte Soracte situm adivit, in eoque obviam habuit Cardinalem Carvaialem, quem Roma exciverat statim, ac intellexit multos Aneonae Crucefiguatos coiffe. quibus Peloponnesum tentare cupientibus nibil aliud; quam ducis auctoritas, & consilium deeffet. ptuagesimum iam annum Cardinalis agebat, eo tamen studio erga Pium, & Religionis caussam ferebatur, ut eiusmodi onus in se recipere non recusarit . Scriptum mihi est, veni (eum sic loquentem Papiensis inducit (b)), ecce adsum. Imperatur, ut vadam, iam iter ingredior: pars haec vitae ultima neganda Christo non est. Huius

<sup>(</sup>a) Tom. xx1. rer. Italic. (b) Lib. 1. Commentara Scripter. col. 1007. pag. 355.

adventu, & prompto animi obseguio Pontisex recreatus Ocriculum usque navigavit. Mox terrestri itinere Narniam, Interamnam, Spoletum, Fulginium, Assium ad conventum S. Mariae Angelorum, inde Casam Castaldam, Sigillum, Fabrianum, Matelicam. Lauretumque profectus est, ubi calicem cum aurea patena Deiparae obtulit (a), ac iter prosecutus Anconam demum pervenit die quarto post Idus Iulias, non autem nonis Iunii, quemadinodum (verba sunt Platinae in eius vita) publico de-Creto enunciaverat. Locus hic pustulat, ut urbis Anconitanae occursum e libro desumptum Iuliani Saraceni describam (b). Vehiculum triremis instar con-Structum, armamentisque, ac reliquis ad maritimos us necessariis ornatum coram Pontifice constitit. Quinquaginta nobiles adolescentes remigum speciem praebebant, nec praefectus deerat, aut navis re-Hor, aut aliud quodcumque ministerium. dato civium studio, grațiisque Senatui actis, qui ad portam Caput Montis vocatam gratulabundus processerat, urbem Pius ingenti multitudine referram ingressus est, cum trirensis ipsum praeiret, atque inter laetas, faustasque populi voces tormenta bellica passim exploderet. Precibus in Cathedrali ecclesia Deo perfolutis, in proximas Episcopi aedes concessit, ibique stinere, ac morbo fatigatus decubuit. Quamquam aegro corpore debilis, tamen desiderio aestuans pergendi quantocyus in Orientem, ut res Christianas

<sup>(</sup>a) To.11. Alphonsi Ciaconii (b) Notizie Storiche d'Ani en additionibus ad wit. Pii II. cona lib. 19, pag. 272. Re-Andreae Vittorelli col. 1919. WA 1675.

tollapsas aliqua saltem ex parte sublevaret, decrevit supplicationes trium dierum, praesatus initia rerum Deo, cetera virtuti commendanda esse. Sed triremium suarum aliquot adhuc tardabant, & Veneta classis cum Duce Christophoro Mauro nondum advenerat . Scio equidem Iohannem Simonettam in scriptis reliquisse (a), quod Pius numquam in Orientem iturus foret, sed Brundusii portum petiturus, ut Romam inde quamprimum remearet. Scio etiam. Christophorum a Soldo in sua Brixiana historia affirmasse (b), Pontificem non eo animo Anconam profectum esse, ut Turcis bellum inferret, sed ut eam urbem armis occuparet (quamdam enim libertatem Anconitani affectabant, licet revera subditi essent Romanae Ecclesiae), Florentinoque populo traderet, secundum pacta cum eo inita, & cum Duce Mediolani. Verum Cardinalis Papiensis, qui rebus praesens interfuit, utriusque mendacium aperte coarguit, ceterisque omnibus, & praesertim Francisco Philelpho eamdem notam inurit, qui Pium maligne traducere, atque etiam, ut Meyerus (c), assetere sunt ausi, quod tantae expeditioni dux esse non potuit, non enim Ecclesiae ministris gladius datus est ille (d).

(a) Lib. 30. rerum gest. Franc. Sfortiae Mediolan. Ducis col. 764. Tom. xxt. rer. Italic.

in Phil. Burg.

(d) Datam utriusque gladië potestatem Petri successoribus, exemplis, 👉 rationibus propugnavimus in Part. II. p. 25. delle Memorie Ittoriche di Benevento Roma 1764.

<sup>(</sup>b) Col 900. To.xx1. rer. Italic. .

<sup>(</sup>c) Lib. 16. Annal Flandr.

Dum Veneta classis moratur, Turcae fines Ragusinos , scu Epidaurienses ingressi omnia tumultu, caedibus, ac rapinis complevere. Id Pius cum audisset, quamquam aeger, ac languens, Cardinalem Carvaialem ad se confestim vocat, & eo auxiliatum deductis in mare navibus una secum pergere se velle significat. At paucos post dies certior fa-Etus dilapsos iam hostes fuisse, ab eo proposito absti-Buit, animo interim sauciatus, ac maestus ob nimis longam Venetae classis exspectationem. Hanc morbi augendi caussam fuisse crediderim, adeo ut cum Venetae triremes numero duodecim , quas Princeps apse Christophorus Maurus ducebat, Anconae. portum pridie idus Augusti subiere, Pontifex navigationi tolerandae non amplius sufficeret; ceterae autem triremes, & praecipue Estensium & Bononiensium, vel post secutum Pontificis obitum, vel numquam supervenere (a). Papiensis

(a) Quod duae Bononienfum triremes, audito obitu Pontificis, Anconam non appulerint, habetur in Annalibus civitatis. Bononiae Hieronymi de Burfellis Ordinis Praedicazorum ab ap. 1418. ad 1497. In iis ad an. 1464. autior ftribit, Achillem de Malvitiis militem S. Iohannis Angonam contendiffe, ut triremes ingrederetur, Iacobum autem de Gratis sum filio Alenandro,

Land to the state of the

alisque multis Bononiensibus. Venetias ivise ad triremes. Bononiensum, verum allate, muncio de morte Pii II., nom ultra processife. Vid. To. XXII., rer. Italic. Scriptor. col. 894. De Estensum vero triremibus, in Diario Ferrariensi ab an., 1409. ad 1502. ap. Murator. To. XXIV. rer. Italic. Scriptor. col. 209. sic adnotatum legand an. 1464: A dl 13. di Augusto si. partinno due Galeca.

resert (a), Pium eo nuncio exhilaratum, stateim triremes suas obviam Duci exire iustisse, Cardinalibus quinque Pontificali quadriremi impositis, qui eum advenientem exciperent. Deinde subdit, quod classis conspiciendae studio, etsi sebri gravatus, ad senestellam cubiculi, quae in mare, atque in portum despiciebat, non sine labore deserri se imperavit. Matthias quoque Palmerius in opere de temporibus suis inscripto ad annum 1464. adnotavit (b), Pium e specula Venetam classem mari adventantem prospexisse. Aliter Campanus rem narrat his verbis: deserri

armate da Po da la gabella grossa da Ferrara, per andare in Ancona &c. Sulo una de le quale Galee gli andava Meffer Rainaldo fratello del prefacto Duca Borfo, e Messer Pandolso Contarino da Venezia , & Aliprando de li Ardizoni da Lucca gentithomo Fertarele: € fufo l'altra ge era Meffer Alberto fratello ancora del prefacto illustre Duca, Messer Leonardo Boldu da Venezia, Messer Piedro Marocello orvaliero, e gentilhomo Fersarefe; e cusì andorno tutti con le loro comitive in Ancoga, & ivi attrovorno Papa Pie morto, e più non fe gli andava. E la Domenica a di 26. del disto ricornorno da Anco-

na a Ferrara . Aliud de iis triremibus monumentum vidimus Ferrariae apud Canonicum Iosephun Antenorem Scalabrinium patrine antiquitatum. studiosissimum, nempe instrumentum notarii Franci/ci Pelipari , rogatum an. 1464. die g. Augusti, in quo Gabriel Riminaldius cuntionem facit. feu confervatum aliquibus mercaturibus Perrariensibus in favorem lohannis Antonii filii Nicolai de Distalciis Patavina civis Ferrariensis de nonnulles rebus ad maritimos usus netes sariis in dictis triremibus.

(a) Lib.1. Comment.p.359. (b) Inter Scriptor. rer. Italic. ab an.m. ad MDC-To.I.. Florentiae 1748. col.248.

fe iuslit ad primum litus classem inspectutus. Antiquam ego etiam picturam vidiffe reminiscor in bibliotheca Cathedralis ecclesiae Senenfis, quae Pium exhibet non e specula, aut fenestra inspectantem, sed hominum humeris elatumi in littore portus Anconitani. Otcumque sit, id modo exploratum est, eum postea, rebus humanis valere iussis, in vulgi conspettum nusquam prodiisse, quemadmodum Campanus idem affirmat : In cubiculum relatus solvi statim profluvio cocpit, medicis nihil periculi promittentibus. Et haec quoque Principum miseria est, inquit, ne in morte quidem carere assentatoribus. Ex eo momento adeo febris invaluit, ut sacramentis refectus, praeclarisque editis eximiae pietatis, & constantiae argumentis, ad boram quartam nottis. eiusdem diei animam tandem efflaverit inter suorum lacrimas, & maxime Cardinalium, inter quos Papiensis, & Bessario Cardinalis Nicaenus, proced rumque Venetorum. Ita Pius ad praemia evolavit laborum, quos pro Dei Ecclesia maximos babuit, ingentem bonis omnibus, ac toti Oricuti post se luctum relinquens, ut vere scribit Marinus Barlezius (2). Facere non possum, quin verba hic addam; quihus Pontifex morti iam proximus Cardinales: allocutus est: Fratres, inquit, dilectissimi, videtis, quo adductus sum. Hora mea iam venit .... Curate vos opus hoc Dei, nec sinite per negligentiam labi Christianae sidei caussam. Ideo vocati in Ecclesiam estis, ut suis tempo-

<sup>(</sup>i) In vit.Scanderb. lib. 2.

sibus illi opem feratis. Mementote officii vefiri, & Deum attendite, qui contemplator est omnium, retribuitque secundum opera nostra. Fideli ministerio & crevit, & progressa est dignitas vestra. Utique per sidele ministerium est tectinenda. Quaerentes quae vestra sunt, non quae Iesu Christi, illam retinere diu haudqua-

quam potestis.

Egregiis his dictis, animique sensibus Pius, qui ad res agendas, & arduas quidem natus videbatur, quique augere maiestatem Pontisicis semper studuit, vitae suae tanto cum gloriae ornamento peractae cursum absolvit anno aetatis quinquagesimo nono, Pontisicatus autem sexto nondum expleto. Mortuo Pontisice sacri belli moles extemplo procubuit, reique Christianae negocia penitus in Oriente corruerunt. Pecuniam in belli usus comparatam Matthias Hungariae Rex obtinuit, navesque Pontisicias. Senensi triremi auctas (2) Veneti eo nomine acceperunt.

(a) Ephemerides Senenses Allegretti de Alegrettis ab an 1450. Nsque ad 1496. apud Murator. Tom. XXIII. rer. Italic. Scriptor. col.771. fic habent ad ann. 1464.: A dl 17. d'Agosto avemo novelle come Papa Pio era morció in Ancona &c. E una Galea Sanese padroneggiata perMesser Orlando Saracini se ae la granore i Viniziani a Vinezia.

An autem baec triremis ex illis effet, quas Senenses sub imperio Iuhannis Bichit Anconamdestinarunt, dubius haereo. De, iis tamen pro coronide ex domestico archivo Cl. Praesulis. Francisci Mariae Piccolominei litteras adferam, quas Pius II. Senensibus scripsit antequam Anconam proficisceretur. Pium PP. II. Dilectis Filiis Prioribus. Gubernatori Communis.

funt, ut viribus hisce adiunctis bellum in Turcas decretum prosequerentur. Solemnes Pio exequias Cardinalibus Anconae celebrantibus, Dux quoque Vene-

nis, & Capitaneo Populi civitatisSenarum &c. Binas litteras vestras uno tempore recepimus, scriptas xxxx. die praefentis mensis. Alteras quidem in favorem Monialium S. Barmabae: alteras vero ad Capitaneum triremium, quem elegistis pertinentes. Quibus respondentes, primo quod ad Moniales attinet, quas affectuose nobis commendatis . commissmus hanc rem dilecto filio nofiro Cardinali Senen., qui earum Ordinarius est; & opporrunam faciet provisionem proutsuae circumspectioni expedientius videbitur. Per algeras vero lirteras fignificatis Nobis elegisse Capitaneum. griremium nomine vestrae Reipublicae contra Turcos armandarum dilectum filium Iohansem Bicum equitem, concivemque vestrum. Quod Nobis est gratissimum. Probitas enim . & prudentia eiusdemi Iohannis pollicentur Nobis dum munus fibi demandatum laudabiliter obituzum, ad laudem Dei, sacrosanctae fidel defensionem , vestraeque civitatis gloriam, & honorem. Verum quod scribitis eumdem Iohannem deterreri quominus Capitaneatum huiusmodi acceptet ob exiguitatem mercedis, hoc est quinquaginta ducatorum, qui singulis mensibus deputati funt ; proptereaque petitis, ut eam augere velimus : non videmus, dilecta filii, quomodo id facere poffimus. Scitis enim, quod ex fumma duam vellra Communitas erogat, duae triremes vix armari poterunt, & exiguo temporis spatio in partibus, ad quas mittendae funt . fustentari . Idque longe diffi# cilius effet , si de summa ipsai aliquid ulterius demeremus 2 Ouibus ex caussis, non vide mus eam ullo modo debere imminui. Quod vobis etiami persuaderi debet : praesertim cum nec equi , nec apparatus illi habendi fint in classe, qui? in terreficibus expeditionibus requirentur. Accedit ad haec' the book way to go can gride Venetus adfuit, qui duos inter Diaconos ultimos collocatus, prout refert Papiensis (a), amplissima Oratione Pontiscem laudavit. Funeris iustis de more persolutis, defunctique cadavere Romam asportato, comitia statim pro novo Pontisce eligendo sunt babita, in quibus Petrus Barbus Cardinalis S. Marci Pontisex renunciatus Paulli II. nomen assumpsit. Haec sunt res a Pio gestae, dum bellum Turcis molitur, quarum si fructus nullus suit, laetoque successu caruerunt, baud idcirco tamen minoris aestimanda est sollicitudo ipsius, ac virtus. Numquid ideo (aiebat S. Bernardus (b)) non debet sacere homo quod debet, quia Deus facit quod vult? Merito igitur de Pio II. cecinit Angelus Coloccius (c):

Invidit fortuna potens tam fortibus ausis,

Nam dare vela notis dum parat, occubuit. Sed vivit, vivetque Pii per saecula virtus,

Et sanctum aeterno carmine nomen erit.

Pau-

quia caussa Dei agitur, & qui Deo militat, non mundani stipendii amplitudinem; sed mesitum, ac gloriam caelestis patriae debet aestimare. Si tamen vestra devotio iudicavecit expediens esse augere prouisionem Capitanei praedicti, sunori vestro convenier, & ad laudem cedet, si aliunde prouidentis. Nullatenus enimgidenus, quod pro triremibus armandis a veftra Republica decretum est, posse ultra imminui. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die XXI. Maii MCCCCLXHII. Pontificatus nostri anno sexto.

(a) Lib. 1. Commentar.

(b) Epist. 256. ad Eugen.

(c) Carmina Latina, 6., Italica, edita Aesii, 1972... pag. 192.

Pauca nunc dicenda supersunt de aureo numismate, quod excellentis doctrinae Praesul Franciscus Maria Piccolomineus possidet, cuiusque ellypon sideliter delineatum in fronte Orationis ponendum curavi. Unicum forsan hoc tempore, aut saltem rarissimum esse arbitror, cum nullam ipsius mentionem secerint neque Xaverius Scilla (a), neque Philippus Floravantes (b), aut alii quicumque de nummis Pontificiis, vel de rebus gestis Pii'II. scripserunt. Excusum illud fuisse occasione belli sacri adversus Turcas iterato sanciti, ex eo satis apparet, quod sextum Pontificatus annum exhibeat (c). Sed rem etiam luculentius Evincit epistola Francisci Patritii, quam e Fulginio dedit Kal. Febr ciocccuxiv. dum Pontificis auctoritate cam urbem gubernaret. In regesto litterarum, quas idem Patritius conscripsit, haec exstat epistola, ipsumque regestum servat bibliotheca seminarii Fulginatis, quemadmodum nos monuit Iohannes Mengotius, qui latinam eloquentiam in eodem seminario multa profitetur cum laude. Eam hic, ut e codice ad pag. 59. exscriptam habuimus, subiungere libet.

D. Augustino Patritio Fratri Franciscus S. P. D.

Cogitavi rem dignam expeditione numinis nostri Pii, quae quidem pro salute totius Religio-

Paullum III. Romae 1738.

(c) Pius II. primus inter

Monete Pontificie antiche, e moderne fino all' an xy. di Clemente XI. Roma 1715.

moderne fino all' an xv. di Rom. Pontif. fuit, qui Pon-Clemente XI. Roma 1715. tificatus annos in nummis (b) Antiqui Romanor. Ponfignavit. Vid. Scillam lib. cita tif. Denarii a Bened. XI. ad pag. 310. ligionis Christianae paratur; & quum inveniam Principes vetustissimos numismata ob memoriam facinorum signasse, egi, ur custor Fulginas Aemilianus, vir ingenii acutiflimi, auream, argenteamque pecuniam cuderet, ut exemplo, quod ad te mittimus, videbis. In ea impressa est navis, quae Pontificem vehit pro Christi nomine in impios barbaros, in cuius ambitu versus est divini prophetae : Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius; & ex altera sunt Principes Apostolorum, & Pontificis signa, & verba eiusmodi: Vindica, Domine, sanguinem nostrum, qui pro te effusus est. Nummos vocabimus Cruciatos; nam si Liliatos illos a Lilio, hos Cruciatos a Cruce Salvatoris nostri appellari optime convenit. Ostende eos Pontifici, & pondus, venamque ab artificis fratre, qui defert, disce; & si tibi cordi erit hanc rem perficere, cussorem hunc S. Suae commenda, ut hominem acrem, ac industrium, & S. S. deditissimum. Vale, & me S.D.N. commendatum, dicatumque effice. Fulginii prima Febr. CIOCCCLXIV. Nil magis aptum, quam haec epistola ad aureum Pii II. numisma explicandum afferri potest. Publicam Fulginates Monetam antiquitus obtinuerant, eodemque privilegio, ac iure a Pio recenter ornari meruerant . Itaque , ut se gratos Pontifici probarent, boc illi communis plausus, laetique ominis pro bello susceptio monumentum dicarunt.

ORA-



# ORATIO PII PAPAE IL



Uscepturi hodie dominicae Crucis, passionisque signum, non dubitamus, Ven. Fratres, ac Filii, quin plerosque ve-

stur admiratio teneat. Quis enim res novas, atque insolitas intuetur, & non miratur?

tur ? Pugnaturos, dicit aliquis, adversus religionis hostes Crucis munire signo mos fuit. Pius ne senex, aegro corpore arma induet, & manum conserturus praelio intererit? Non tali auxilio, nec defensoribus istis tempus eget. Iuvenes bellatores, expertos duces, numerosos exercitus Turconica bella requirunt. Utilius domi manebit Pius, emisso legato cum copiis, qui pro se pugnet. Qui hoc pacto ratiocinantur, nec vires Apostolicae Sedis, nec mores hominum satis metiti sunt. Perparum est, quod aerarium Ecclesiae Romanae conferre porest: nec principes, aut populi sunt, qui tam legatum Pontificis, quam ipsum Pontificem sequi velint. In auctoritate, & reverentia vires nostrae, non in opibus consistunt. Matthias Rex Ungariae magnanimus, & clarae memoriae Iohanni genitori suo persimilis, dubius erat, an hoc anno in Turcos arma proferret: At audita profectione nostra : en, inquit, Summus Sacerdos cano capite, debilibusque membris in castris erits & ego

& ego iuvenis robulto corpore domi manebo? Non faciam, iussique mox cuncta parari ad bellum necessaria. Aderit & Christophorus Maurus Dux Venetiarum aetate, & sapientia plenus, gravi senatorum comitatu circumdatus, quem nullus legatorum nostrorum ex urbe sua eduxisset. Quid de Ludovico Francisci excellentis Mediolanen fium principis filio dicemus, eiusque fratre Tristano, qui splendidum equitatum, peditarumque validum ad nos deducturi sunt ? Putatis ne legato etiam Cardinali haec subsidia fuisse mittenda? Fallitur, si quis ea opinione tenetur. Dignitati nostrae ob locum, quem tenemus, & Franciscus ipse, & Florentini, & Senenses, & Borsius Mutinae Dux, & Marchio Mantuanus, & Bononienses, & Lucenses, & Ragusei, & Rhodiensis Militia ea nobis auxilia promittunt, quae nullus potuisset extorquere legatus. Quid de Regulis Dalmatarum, atque Illyrici referemus? De Albanis, de Graecis, de Tyrannis Asiae Turco insestis? Quis putet tan-Tom. III. tam tam in eis commotionem legatum Apostolicum facere posse, quantam Iesu Christi Vicarium? Addite fidelis populi per Italiam, Germaniam, & alias Transalpinas provincias excitationem, quam nostra profectio factura est. Nisi fallimur, ingens populorum concursus aderit. Utinam & Philippi clarissimi Ducis Burgundiae adventum prava consilia non impedissent. Totus prosecto Occidens cum tanto Principe, qui se comitem nobis promiserat, sumpsisset arma. Non tamen diffidimus, quin adhuc aut eius personam ad nos venientem intueamur, aut eius auxiliares copias. Haec sunt, quae nos Crucem sumere, arque in hostem proficisci & suadent, & urgent. Dicitis forsitan, non omnia fient, ut existimas: Non omnia ex opipato succedunt: Adversus hostem potentissimum bellum instruis. At potentior illo Deus est, cuius evangelium defensuri pergimus; nec nos ii sumus, qui omnes cogitationes nostras futuras ratas arbitremur: Illud scimus, quoniam nemo in Deo sperans con-

confunditur. In Domino faciemus virtutem. & ipse ad nihilum deducer inimicos nostros. Quamquam huiusmodi naturae bellum est, ad quod pergimus, ur vincere gloriosum, vinci salutiferum sit. Ad obsequium Dei vadimus, eius erit cuicumque voluerit victoriam dare. Nobis ferendum erit aequo animo quidquid suae pietati placebit; cuius iudicia occulta esse possunt, iniusta esse non possunt. Non tamen tentaturi Deum, his periculis caput nostrum obiectabimus, ex quibus humano iudicio salvi emergere non possimus. Si sequentur Christiani signa nostra, ut par est, confidimus magnum aliquid pro gloria divini nominis efficere posse. Si minus, consulemus Ecclesiae Romanae, & nobis ipsis, quo melius licebit. Pius, & optimus Deus, qui corda, & renes hominum scrutatur, & cui nihil potest esse secretum, veniam nobis dabit, si relicti a Christifidelibus desperata praelia non aggrediemur. At tu, piissime, ac maxime Iesu Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante T 2 Spi-

Spiritu Sancto, damnatum aeterna morte primi parentis culpa genus humanum tuo pretioso sanguine redemisti, & legem evangelicam, quae iter pararet in Coelum, tradidisti, minime patieris, ut arbitramur, nos pro tua religione frustra conari. Pro gloria tui sancti nominis, pro sacramentorum tuorum observantia, pro caeremoniis tuis, pro divinissimo evangelio tuo quantum dederis conservando, adversus blasphemam gentem Turcorum expeditionem paramus. Non est, cur illos nobis praeserendos existimemus. Quamquam peccatores sumus, & tuis mandatis non semper obedimus, te tamen colimus, te veneramur, te cum Patre, & Spiritu Sancto unum Deum in Trinitate Personarum adoramus. Tibi templa erigimus: Tibi thura incendimus: Tibi dies, ac noctes canimus laudes, & inomni tribulatione nostra ad te confugimus. Turci contra te Deum esse negant, & sceleratum Mahumetem pseudoprophetam sequentes, tuum nomen conantur delere de terra:

terra, ecclesias tuas destruunt, altaria proterunt, imagines foedant, & universae tuae legis sacra contemnunt. Nihil habent in se Turci, propter quod eis opituleris; qui nec te dominum, nec patrem recognoscunt, & te velut hostem persequuntur. Nos servi tui sumus, quamvis aliquando rebelles: & filii tui sumus per creationem, & adoptionem, quamvis saepe inobedientes. Parce nobis, Domine, parce peccatis nostris, & miserere nobis: Nec velis propter iniquitates nostras Turcorum nos impietati subiicere. Noli eorum arma nostris praeserre. Mitte nobis auxilium de loco sancto tuo, & da nobis vincere hostes tuos, quia tua est victoria, & tuum regnum; tui sunt caeli, & tua est terra, & nihil est, quod tuae possit resistere voluntati. Precamur, clementissime Iesu, ne nos tuae maiestati militaturos ope tua destituas. Adesto nobis, & exercitui tuo, nec tuae passionis trophaeum, quod nobis pro vexillo erit, fine Angelorum tuorum praesidio deseras. Illumina vultum tuum super nos, & salvi erimus. Tu quoque mitissima virgo regina caeli mater Dei Maria advocata nostra, fons pietatis, faveto coeptis nostris, adesto nobis in bello, & propitium reddito Filium tuum, ne magis peccata nostra, quam hostium perfidiam, animadvertat. In te confidimus, in te speramus: nihil tibi negaturus est Filius, quod pro nobis rogaveris. Et tu puer propheta, & plusquam propheta Iohannes Baptista, qui Iesum digito monstrans, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, palam dixisti, exsurge adversus impiam gentem, quae tuam prophetiam deridet, placatum nobis Iesum, Turcis infensum reddito, & vos pariter, divinissimi Apostoli Petre, ac Paulle, quorum corpora sub hoc altari iacent, capita in basilica Lateranensi servantur, adelte precibus nostris, & auxilium nobis a Domino implorate, cuius evangelium praedicastis. En vides, Petre pastor ovium, aeterni regni claviger, quam diminutus est grex dominicus, cuius tibi, & fuc-

& successoribus tuis cura commissa fuit Porrige manum, ne amplius pereat, & iuva, ut quod perditum est recuperetur. Et tu, Paulle, cuius per totam Graeciam insonuit tuba, nonne vides exitiabile dogma Mahumetis illic praedicari, ubi tuae solebant epistolae, & tua mandata servari ? Acceprus es procul dubio Deo, pro cuius nomine martyrium pertulisti. Audiet pro nobis te rogantem Dominus: Porrige pro nobis preces. Nec tu, Apostole Dive Andrea, beati Petri germane, cuius honoratum caput coram aspicimus, ne, quaesumus, auxilium subtrahe tuum: Adesto, ut recuperemus tuam sedem, ex qua te Turci depulerunt: Acceptae sunt tuae preces Domino, adiuva nos, & si qua est indignatio Dei super nos, averte illam. Ecce divini Apostoli, & omnes Sancti, & Sanctae Dei, quorum reliquiae in hoc fancto templo, & ubique per Urbem conservantur, corpore a vobis recedimus, animo semper vobiscum manemus. Vos in caelo regnatis cum

cum Christo Iesu: Supplices oramus, ut divinae pietati coepta nostra commendetis, ut in hoc itinere, atque in hoc bello, quod pro religione Christiana suscipimus, suam nos facere voluntatem elargiatur, vexillumque suae vivisicae Crucis quocumque pervenerit vincere, ac triumphare concedat. Amen.



DE OPERIBUS ET REBUS GESTIS
I U L I I I I. P O N T. M A X

COMMENTARIOLUM
LAURENTII PARMENII
GENESINI IN PICENO
EX COD. MS. VATICANO
NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUM.

### \$ 299 **★**

## IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII \*\*AD CLL VIROS

#### IOHANNEM CAIETANUM BOTTARIUM

ET

#### PETRUM FRANCISCUM FOGGINIUM

FLORENTINOS

Ab intimo Cubiculo Pontificis, & a Bibliotheca Vaticana

#### PRAEFATIO.

UM vos non tantum animo, consuetudine, & studiis, verum etiam domicilio, & ipsis spectatissimis muneribus, quibus in Urbe insigniti estis, arctissime coniungamini, cumque iamdiu utrumque noscere, colere, & aestimare mihi contigerit, & ab utroque etiam diligi me libentissime noverim, communi nunc vos compellare sermone, vosque communi honoris significatione prosèqui constitui, cum praesertim ea de re inscripta haec mea vobis Praesatio actura sit, quae ad utrumque pertineat. Scilicet ad Laurentium Parmenium, qui fuit Bibliothecae Vaticanae Custos primus, spectat Opusculum, quod nunc publici iuris facimus, atque de eo nunc a nobis nonnulla vobiscum conferenda sunt. Grata hacc porro vobis futura confidimus, quibus uno tempore & primo, & secundo loco Vaticanae Bibliothecae curam gerentirentibus & conveniat, & libenter obventurum sit Opusculum tum ex ipsa Bibliotheca petitum, tum ab eo, qui vos in hoc ipso munere praecesserit, elaboratum. Laurentius Parmenius porro fuit patria Genesinus, qui & Camerinensis ob donatam Civitatem dictus etiam fuit, non autem ortus caussa, quod ibidem sortitus fuerit, ut censuit Ioh. Ciampinius (a). Ceterum ex Gente Parmieria ortus est. qui tamen ex genio saeculi, quo vixit, cognomen paullo intorferit, & immutaverit. Gens haec antiquis monumentis commendatur, quae nempe Nicolaum Parmierium dederit, qui in bello, quod ex auctoritate Alexandri IV. P. M. (b) adversus Firmanos tunc ab Apostolica Sede deficientes Genesini Cives gesserunt, strenuam operam impenderit (c). Accedit Marinus Parmierius Iurisconsultus, qui anno cioccciix. aere suo Altare erexit in Templo Pratrum Minoritarum S. Francisci, ut ex membranaceo monumento, in corum Tabulario adservato. colligitur. Maiorum gloriam, & decus longe superavit Laurentius noster, qui in Oppido Genesino natus est, quique labente saeculo xv. Romam profectus Iulio II. Pont. Max. innotuit, patrocinium; & benevolentiam forte conciliante Opusculo, quod nunc edimus. Hinc ab eius intimo Cubiculo ipsum renunciavit, eiusque Nepotum institutionem eidem com-

(a) Examen Libr. Pontific.

(c) Historia Ms. Oppidi

S. Genesii Canonici Marini Angeli Severinii pag. 32. apud cl. Virum Telesphorum Benignium,

<sup>(</sup>b) Exfat in Archivo Oppidi S. Genesii Bulla autographa Alexan. IV.

commist. Anno vero civioxi. Petro Demetrio Lucensi, qui mortem obierat, quique omnium primus, post novam in Vaticana Bibliotheca officiorum methodum a Sixto IV. inductam, primi illius Bibliothecae Custodis munus obtinuerat, pridie Nonas Quin-Etiles suffectus est (a); Quod Andreae Scoto (b) in caussa fuit, ut Vaticanae Bibliothecae Praesectum (quod munus a S. R. E. Cardinali geritur) appellaverit. Cum, Iulio II. e vivis erepto, Petri Cathedram Leo X. litterarum fautor praestantissimus conscendisset, Laurentius Parmenius a Genesino Senatu delectus est ante d. III. Idus Martii ann. CIDIDXIII., qui novo Pontifici Patriae suae obsequium, ac devotionem exhiberet (c), quique etiam id obtinuit, ut in singulis, quibus denati Pontificis beneficio fruebatur, muneribus confirmaretur, & pensionibus quinetiam donaretur. Contigit eo fere tempore, ut Castrum Riparum, quod a Genesino Magistratu regitur, Firmanorum gubernationi se commiserit, quod nt tolleretur absurdum, Laurentius Parmenius, & Troilus Cerrius Eques, & Comes, delecti sunt, qui pro Patria Pontificis auctoritatem, & opem exorarent. Res cessit ex voto; siquidem Apostolicas Litteras facile obtinuerunt, quae datae sunt Corneti a. d. v. Idus Octobris ann. c1212xv1L., quibusque Genesini

(a) Vid. Biblioth. Apostol. Vatican. Codd. Ms. Catalog. Par.I. To.I. in Praefatione generali, ubi feries Custodum, pag. IXIX., austoribus Cll. Praesulibus Stephano Evodio,

& Iosepho Simonio Assema-

(b) Itinerar. Italiae.

(c) Decreti, e Riformazioni del Comune di S. Ginesio dell' anno 1513. pag.409. nesmi Oppidi privilegia, & iura praesertim in Castrum Riparum consirmantur. Servantur hae litterae in Archivo Municipii, iisque inscriptum aureo charactere hoc Distichon:

Quod iam Riparum vetuit tibi turba rebellis, Id Decimus merito nunc Leo iure dedit. Laurentius Parmenius.

Hinc factum est, ut perpetuus patriarum rerum Curator, & Interpres apud Romanum Pontificem designatus fuerit. Post Hadriani VI., cum quo nil commune habuit Parmenius, interitum in Apostolicam Sedem successit Clemens VII., cui probatus etiam exstitit Parmenius noster, quique eumdem Aleriae Episcopum renunciavit, quam dignitatem eidem conferendam in animo habuisse etiam Lulium II., fama fuit. Verumtamen ab amplishmo boc Sacerdotio se abdicavit, ne a latere Pontificis discederet, & ut commodius studiis, quae in deliciis habebat, indulgeret. Ast senio gravis in Patriam cogitavit, in eaque receptus domum picturis intus, & foris elegantem in latiori via excitavit, quae adhuc superest. Heic, ut Auli Sempronii (a), & Iasonis Mainii (b), aliorumque exempla imitaretur, sententias quasdam morales, distaque sibi bonorifica fenestris, portisque superscribi voluit. Hinc quatuor primis adhuc signata haec prostant:

VIRTVTE DVCE COMITE FORTVNA
LAVRENTIVS PARMENIVS EPVS
LAVS TIBI NOMEN HONOS
VIRTVS OMNIA VINCIT

Quare Claris Leo.

(1) Cic. de Senectut., (5) (b) Pancirol. de Claris Leg.
Liv. Lib.14. Dec. 1. Interp. p. 230. edit. Lipf. 1721.

Quare diu hanc domum incoluit, utpote qui ad multam senectutem vitam protraxerit. Assemanii Praefules Cll. Stephanus Evodius, & Iosephus Simonius, alter sororis filius, alter avunculus in serie Custodum Bibliothecae Vaticanae (a) Parmenium nostrum e vivis ereptum tradunt anno cioioxxil., cum hoc ipso anno eidem in Vaticanae Bibliothecae munere successerit Faustus Sabaeius Brixiensis, ab Hadriano VI. ad idem munus adlectus. Aft forte hoc anno seab officio Parmenius abdicavit, vel etiam qui eidem vicariam operam praeberet, tamquam coadiutor, nt aiunt , laudatus Sabaeius suffectus est . Paret siquidem ex Inscriptione, quam Parmenii icon praesefert, quamque inferius adducemus, 19sum anno c19191. vitam cum morte commutasse; ut nunc praeteream deprehendi quinetiam ex Historia Ms. Oppidi S. Genesii, quam circa annum civivix. elaboravit Canonicus Marinus Angelus Severinius, Parmenium nostrum obiisse non multis annis ab co tempore, quo Historicus Genesinus patria monumenta litteris commendabat. Ceterum e re nunc erit in ima ora subiungere, quae vernacula lingua a Severinio traduntur, utpote quae & corum, quae hucusque diximus, fidem augere possint, & multorum a Parmenio elucubratorum Carminum notionem exhibeant (b). Neque

(a) Vid. cit. Part.I. To.I. Biblioth, Apostol. Vatic. Codd. Ms. Catalog. pag.1xix.

(b) Pag. 250: Visse intorno a questi tempi Lorenzo Par-

miero, il quale ammaestrava in Roma ne' costumi, e nelle' lettere due Nepotini di Papa Giulio, e ogni giorno due state li menava innanzi a vedere Neque heic tacendum, horum pleraque nos accepta veferre Viro eruditissimo Telesphoro Benignio Civi Genesino spectatissimo, qui etiam nobis per littevas significavit adservare se in domestico Museo Lauventii Parmenii Episcopalibus ornamentis insigniti essi-

elere per ordine così datoli. Il Papa gli portava gran afferto per l'onestà della vira, per la fantità de' costumi, e per la fedeltà, in cui forse. avanzava ogni altro nella fua Corre . Era suo Camerier segreto, avea cura delle fue vefii, e bene spesso si faceva. vestir da lui. Questo era dottissimo in Poesia, ed una volta compose, e recitò bellissimi versi in lode del Papa, che sono in istampa, ed io li ho vifti, e letti, ed ho anche una certa Operetta in cafa impressa in Roma in verso Elegiaco. Ebbe in questo Pontificato oltre a scudi 500. d'en--trata l'anno di Benefizi, e l'avrebbe fatto ascendere alla dignità Episcopale, se il Papa non moriva così presto, come mi ricordo aver inteso da molti . Morendo poi Giulio fuccesse Cameriere di Leone X... e del successor Clemente. Fece affai Opère in verso Eroico,

che dalla sua Libreria gli si levorono da Romolo Mannancini d'Arezzo per mandarle in luce, ma ora non fi vedono in luogo nissuno; certo cosa indegna, che un tal' uomo fosse defraudato delle sue vigilie. Fu da Papa Clemente eletto a Vescovo d' Aleria, ma egli rinunziò tal carica per non lasciare il Papa, e per non abbandonare li studi. e la Poesia, e da lui stesso, ridottofi in Patria per la vecchiaia, ho inteso, ch' egli ad imitazione di Dante Fiorentino, aveva composto ia verso Eroico il Purgatorio, l'Inferno, e il Paradifo, e / che allora li ripuliva per darlà in luce in pochi giorni . Aveva quì ridotto una bella Libreria: essendo stato Custode lungamente della Vaticana col detto Romolo Aretino, e mori pochi anni sono con dispiacere universale.

effiziem, hac subietta epigraphe : Laurentius Parmenius Sanctogenesiensis electus Episcopus Alerien., Iulii II., Leonis X., & Clementis VII. ab intimo Cubiculo. Obiit anno MDL. Dum interim a Benignio exspectamus Guidi Gualterii, cuius vitae Commentarium ipse non multo ante vulgavit (a), anecdota Opuscula, quae collectioni nostrao adiungantur, ceteraque suorum Civium litteris illustrium Commentaria, hoc nos interim praeclari Genesini Civis Opusculum ex Vaticano Codice Ms. (b) proferendum censuimus, quod vestrae enuditioni, & clientelae, Bottari, ac Foggini par insigne Virorum, commendatum & carius obvenies in litteratorum manus, & meam simul erga vos observantiam, benevolentiamque ea, quae mihi nunc potissimum licuit, ratione testabitur. Codex vobis esse debet quam notissimus, qui nimirum sit membranaceus, & ea forma compactus, quam octava folit pars constituit. Constat paginis decem, & variis pilluris in fronte, & initio ornatur. Titulus primus, qui Commentario praeficitur, -comprehenditur clypeo eleganti pictura expresso, tum insuper priori pagina ad imam oram cernitur Iulii II. Pontificis Maximi Stemma gentilitium, quod robure ramis expanso componitur. interim, rei litterariae ornandae II. Viri praestantissimi, Tom.III.

lustrata . Romae 1772. typis' Archangeli Casaletti , in 8.


(b) Num.3702.

<sup>(</sup>a) Telefphori Benignii de Guido Gualterio, eiufque Familia ad Virum Cl. Iob. Franc. Lancillotium Epifola notis il-

## 306 og

tissimi, ut uberiori emolumento litterarum & studio, & consilio, & vestro praesidio diutius conultum gratulemur.

Datis ex Aedibus nostris Kal. Maii anni CIOIOCCLXXIV.



#### Q P E R A

#### A IULIO SECUNDO

#### PONTIFICE MAXIMO

INCHOATA

PARSQUE ILLORUM PERFECTA

Et res gestae ab initio Pontificatus usque in praesentem diem

# AD IULIUM SECUNDUM PONTIFICEM MAXIMUM

Dent alii summo maiora volumina...
Regi:

Ex animo, Iuli, nos tibi parva da-



Tsi nonnulli, Beatissime Pater, qui mihi multo maiori doctrina, atque eloquentia. praestant, gesta tua eo stilo il-

lustrant, ut post cineres immortalia fore sperent, ego tamen, tametsi mea sama in obscuro est, pro singulari meo in te animo

multis iam Epigrammatibus perspecto, tuarum rerum magnitudinem brevi oratione complecti consentaneum duxi. Quum mihi praesertim aura numinis tui frui cum ceteris familiaribus tuis liceat, nemo est, Beatissime Pater, non ex tuis solum, sed ex peregrinis etiam, qui non dicat, asseratque te unum in Pontificiam hanc Maiestarem summo Cardinalium consensu (saepe enim in Pontificum creatione discordiae oriri solent) divinitus fuisse evectum. Nam, ut primum in hac ipla tam facra Pontificum Sede consedisti, tuum hunc optimum in rem Ecclesiasticam animum declarasti : illius enim res multas, atque magnas a pluribus grandi pecunia, quam Alexandro mutuo illi dederant, detentas, eadem peçunia persoluta redemisti. Tu ni mirifica prudentia, sedulitate, ac munificentia turbulentissimo illo tempore usus esses, quum illi, qui tunc arci non contemnendae praeerat, quindecim millia aureorum numerari imperasti, Forum quidem Livii in aliorum manus facillime

cillime pervenisset. Tu nonnulla etiam Oppida maximorum Principum subitis excursionibus occupata pro virili parte Ecclesiae restituenda curasti. Et quidem nulli dubium relinquitur, quin cetera in eo ipso rerum tumultu, si fieri potuissent, essecisses. Quae tu, Iuli Pontifex Maxime, Deo Optimo Duce intermissa maiori cum laude, & gloria absolves. Tu illam tam acerbam annonae caritatem, quae usque adeo omnes populos passim invaserat, ut plurimi inedia interierint, multo auro exposito, frumento undique Romam advecto in tantam repente frugum copiam vertisti, ut ex eo tempore in hanc usque diem frumentum vilissimum exstiterit. Et quidem ni tu, Iuli Pontisex Maxime, laborantibus tunc populis adfuisses, innumerae gentes crudeli fame periissent. Tu summos Christianorum Reges de Neapolitano Regno inter se dissidentes, infestisque animis letifera hinc inde praelia committentes, multis cladibus affectos, unus praeter omnium spem, ne res Christiana ingentèm

gentem ex tanta cruoris effulione lacturam faceret, immortali gloria compoluisti. Tu a Palatio tuo ad speciosum usque prospectum murum, & ad Ecclesiae statum munitissimum, & ad Pontificum commoditatem extendisti: qui quidem ea amplitudine plures Porticus pulcherrimis columnis, ac niveo lapide quadrato complectitur ad deambulationem extructos, ut ad veterum illa admiranda aedificia accedere videatur. Tu speculam, qua benedictio populo dari solet, a nonnullis Pontificibus marmoreis columnis, & quadratis lapidibus excoli coeptam magna ex parte, quo invenisti ornatu, absolvisti. Tu Divi Petri Principis Apostolorum aedem plurimorum annorum ictu pene collabentem instaurare in animum induxisti. Quod nulli sane Pontifices priores praedecesfores tui numerosi sumptus magnitudine attentare ausi sunt. Si ad calcem, quod inchoasti, Deo opitulante, perduxeris, Pontisicum laudem facile superabis. Tu viam, qua sub testudinibus a Templo Divi Petri in

in Aulam magnam Palatii tui commodissime itur, exorsus coctilibus lapidibus sternendam curasti. Quam ad exitum Deo annuente brevi temporis curriculo perduces. Tu Pontificum commoditati assidue consulens eam Aulam, cui Alexander ex Turri, quam sibi erexerat, tenebras induxerat, ingenti fenestra illustrasti. Tu denique maiorem Palatii partem vetustate ruinam minitantem magno sumptu instaurasti. Podium quoque insuper spatiosissimum, ac commodissimum adiecisti.

Quum Sedis Apostolicae status usque adeo civilium seditionum turbine multo hinc inde cruore essuso quateretur, atque eo quidem durissimo tyrannorum iugo premeretur, ut non multum ab imminenti ruina procul essent, tu met, Iuli, in fine tertii anni Pontificatus tui, quum tam veteri morbo secus mederi non posses, ex Urbecum sacro Cardinalium Senatu, ac fere universa Curia discessisti, maximasque Urbes tuas occultis, apertisque odiis dissidentes V 4

multis iam caedibus ultro, citroque illatis hinc affinitatibus, hinc jure jurando composuisti, his Legatos, illis Gubernatores ad iustitiam omnibus administrandam relinquens. Atque ut grandia tam alti animi tui vela effusius explicares, ut primum Perusiae agrum ingressus es, Castella omnia munitissima, munitissimasque Arces ex occupantium manibus extorquens sub unius Legati tui iure, ac potestate esse voluisti. Inde Perufinae urbi Pontificia maiestate succedens Dominum Johannem Paullum Balionem confessim e statu, ac summa rerum penitus submovisti, ac secum clementissime agens magno stipendio militiae Pontificiae praeesse voluisti, hac in illum beneficentia utens. Et ne urbem illam tyrannide premeret, & pro Sede Apostolica, si quando opus fuerit, animam libentius profunderet. tu, Iuli Pontifex Maxime, ut quod reliquum erat, opus sane arduum, atque dissicile, ad quod potissimum veneras, ea, qua coepisti, mente expleres, quis illas tamo vehe-

vehementes animi sollicitudines, quis illos tam duros corporis labores, quos nos fine summo vitae discrimine in declinando pracsertim illo asperrimo montis iugo per angustissimos calles pedester per duo ferme milharia iter faciens perpessus es, prolixa oratione commemoret? Compositis tandems fimili, ut dixi, ratione, ac modo ceteris Sedis Apostolicae urbibus, te Imolam contulisti: ubi plurimos dies absumpsisti Gallici exercitus Duces exspectans, ut & copias, & bellorum horrisonos bombos Bononiae muris, ut promiserant, admoverent. Sic enim facto opus erat, & Bentivolorum; qui domi se tueri decreverant, obstinatione, & manitesto litterarum Apostolicarum contemptu. Denique a Ducibus tuis clarissimis rebus gestis, Gallorum Duces cum legionibus adventant: admoto, te iubente, confestim muris exercitu, bellicisque admirandae magnitudinis operibus, Bentivoli, qui se ulterius muris desendere non poterant, inito cum Gallis foedere, ad ipsorum, quibus

bus permultum eos auri dedisse fama est, castra advolant, ut sub illorum praesidio in tanta rerum desperatione tuti essent. Inde a Bononiensibus Oratores confestim ad te Imolam gratulantes, ac tibi sempiternas gratias pro tam immortali beneficio Muri mittuntur. Interea ad te Gallos magnis viribus, atque omni conatu Bononiam ingredi penicus constituisse perfertur. Quibus tum motibus, Beatissime Pater, Bononienses, quod irrupturos eos non sine fallacia crederent, quibus modis poterant, ferocissime obsistentes, ac tandem cuiusdam aquae repagula laxantes, atque in Gallorum castra devolventes, ni a furore ad humillimas preces, ut accepi, versi essent, ut aquae seras opponerent, ad unum usque omnes aquarum vi extinxissent. Verum illos ea re vehementissime commotos ex placiditate, ac mansuerudine ad feritatem, obstinationemque conversos irruptionem in airbem, direptionemque non dubiam minitantes, tu, Iuli benignissime, auro, cuius semper avidissimos exstitisse, litterarum monumentis proditum est, placasti, & Bononienses ea quoque formidine, ea quoque forsan calamitate iterum liberasti. Eiectis ex illorum statu Bentivolis, omnibus ex sententia pacatis, Bononiam post paucos dies incredibili omnium lactitia. triumphans ingressus, per Civitatem, qua iter faciebas, strata decentibus velis adaperta, triumphalisque pompa undique disposita veterum triumphos adaequare videbantur. Ingentem monetam liberatae per Iulium Secundum a tyrannide Bononiae titulo oblignatam larga manu passim profundi împerasti. Mox populum illum intollerabili vectigalium, multarumque rerum onere, quo misere premebatur, exonerasti. Charticellas, ut aiunt, omnibus maxime infestas penitus substulisti. Plebis tibi animos mirifica benignitate devinxisti. Inde ad illum reformandum statum potissimum animum adiecisti, Quadraginta Senatores constituens, qui Reipublicae administrandae praeessent: quae agenda essent cum-Legato, quem ad Urbis custodiam, ac ius unicuique reddendum reliquisti, conserrent: necessaria munera pro communi utilitate sedulo obirent: pro libertate tuenda intrepidi pericula omnia susciperent: emergentibus in dies arduis, difficillimisque, Patriae pro virili parte consulerent.

Quibus omnibus felicissime, atque rerum animi sententia gestis, Romam tanta
iure optimo laude, ac gloria, quanta vix
umquam ceteris Romanis Pontificibus a Divi
Petri Pontificatu ad haec usque tempora vix
contigit, repetisti; ac die Dominico Palmarum a Templo Divae Mariae, quam de Populo appellant, cum Palmis, quas ibi dari
iusseras, Urbem triumphans ingressus es, ac
per septem laurigeres Arcus tibi, Iuli Pontifex Maxime, a Romanis, externisque Civibus
non inmerito dicatos, quibus triumphali
pompa rerum gestarum series praesignabatur,
iter faciens, tandem Palatium tuum ingenti
(ut par erat) comitatu repetisti.

Roma-

Romanorum, externarumque gentium vera gaudia, hoc Exasticho, quo illa ostendo, facillime deprehendes:

Vocibus ex magnis spectasti gaudia.

Quum fueris multo Iulius ore frequens.

Pontificum, Iuli, cedit cui fama priorum

Pro populo, & templis sit tibi vita

Ut velut aeterna, luli mitissime,

Haec bona gessisti, sic meliora ge-

Accipe, Iuli Pontisex Maxime, a me Laurentio Parmenio servulo, nominis tui studiosissimo, brevissimum rerum tuarum Compendium; si in errores incidi, animum, quaeso, quo haec scripsi, pensita, Iuli benignissime, cui humillime supplico, ut me interdum in memoria habeas, ut commodius futura gesta tua audacter aggrediar.

Valeat Sanctitas Tua, ac diu felicissime vivat, cui me commendo, ac penitus trado.



LONGIA.

LONGIANI DEVOLUTIO AD S. R. E SUB GREGORIO XIII. PONT. MAX

PER OCTAVIANUM OCTAVIANIUM
LONGIANENSEM

CONSCRIPTA NARRATIO

Quam ex Apographo secretioris Tabularii Arcis Hadrianae

NUNC PRIMUM IN LUCEM PROFERT IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS.

### \$ 32 I o€

#### FRANCISCO.M. MANZIO

CIVI. LONGIANENSI

**ET** . PATRITIO . CARSENATI

**BPISCOPO** . CAVALLICENSI

DEIN . ARCHIEPISCOPO . AVENIONENSI

QVI

VTRIVSQUE. IVRIS. PRVDENTIA. PRAEDITVS

ET.IN. ROMANA. CVRIA. INGENIVM. DEXTERITATEMQ.

MVNIIS. EGREGIE. PERACTIS. PRAESEPERENS

DIGNVS. HABITVS. EST. QVI. INTER. SARMATAS

AD. ECCLESIASTICAS. CAVSSAS. COGNOSCENDAS

APVD. APOSTOLICOS. NVNCIOS. DESIGNARETVR

MOX. INTERNVNCII. DIGNITATEM

APVD . GALLIARVM . REGEM . SVSTINERET
TVM. ROMAM. REGRESSVS. INTER. AVLICOS. PONTIFICIOS

A . BENEDICTO . XIV. P. M. ADNVMERARETVR

AC . DEMVM . AD . COMITIA . FRANCOFVRTENSIA

▲ • NOTIS • ARCANIS • PONTIFICII • ORATORIS

ABLEGARETYR

QVIBVS. OMNIBVS. RITE. ET. INTEGRE. ADMINISTRATIS

EPISCOPALIBVS. INFVLIS

EIVSDEM. PONTIFICIS, BENEFICIO. INSIGNITVS. EST IOHANNES. CHRISTOPHORVS. AMADVTIVS

OB. INLYSTRIA. IPSIVS. MERITA. AMOREM. IVXTA. CIVES

ET . SINGVLAREM . ERGA . SE . BENEVOLENTIAM

OCTAVIANI · OCTAVIANII · NARRATIONEM

DE.LONGIANI DEVOLVTIONE.AD.S. R. E
NVNC.PRIMVM.EDITAM

PRAESYLI - AMPLISSIMO . AC . PROVIDENTISSIMO
LIBENTI . MVNERE

D. D. D

Tom.III.

X

# IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII AD CARISSIMUM LEVIRUM FRANCISCUM NICOLAUM VIRGILIUM

CIVEM LONGIANENSEM ET I. U. D

#### PRAEFATIO.

Atriae iura me monent, immo etiam impellunt affinitatis vincula ad haec nunc tecum communicanda, quae & tua, & mea potissimum intersint. Siquidem eam Longianensis historiae partem haec ipfa respiciunt, ex qua Oppidi amplificationem , Civiumque felicitatem tum partam, tum conservatam agnoscamus. Antiquo Beati Petri Patrimonio restitutum Longiani Oppidum a popularis nostri Octaviani Octavianii luculenta, atque eleganti Narratione deprehendes, ob quod nimirum Romanae Ecclesiae iuribus, & clientelae nos devotos, atque etiam sapientissimi Pontificis CLEMENTIS XIV. invidenda providentia gubernatos nunc esse gloriemur. Grato enim animo me ab hoc solo ad Sabinianense traductum recordor, qui nimirum ex ea gente prognatus sim, cuius sint ab ipso saeculi xiv. initio certissima inter vos incolatus Monumenta (a), neque alia desint sequio-

<sup>(</sup>a) Olim in Tabulario Mo Arimini exftat Volumen I.
nasterii S. Iuliani, nunc vero membranarum, cui inscriptus
in Bibliotheca Gambalonga. est annus 1126. ad 1339.

atque

sequiorum saeculorum, ex quibus primus eiusdem nominis auttor Amadutius ( quandoquidem ex ipsis pro-

atque ibidem ad annum 1225. legitur, ut foris in criptum est, Apparum (forte idem. ac Appar, nempe exemplum alterius scripti; vid. Du-Cangium Lexic. infim., & med. latin. ) quod haber Monastesium a Siandro filio qui Amaducii de Mondelgalli de unam petiam terre laborative positam in Capella Mondelgalli; pensio unum denarium Ravenne, atque autographum monumentum ità se babet : In. nomine Dni . Amen . Anno a Nativirare eiusdem millesimo ccc. xxviii. Indictione xi., tempore Iohannis Pape XXII. die xxv. mensis Octobris, Paginam renovationis . & confirmationis iuris henfitheusin, quam facio ego Dominus Dopñus Matheus Dei gratia Abbas, & Rector Monrii S.Iuliani de Arimino presentibus. & confentientibus Monachis meis, & dicti Moñrii, yidelicer Dopño Francisscho, & Dopño Guidone tibi presenti Sciandro filio quondam Amadutii de Capella Mondelgalli

Curtis Lonzani recipienti pro te, tuisque filiis, & nepotibus legiptimis ex legiptimo matrimonio natis & procreandis, & quilibet ex ipfis unus ante alterum obierit, cuius fuperfiitibus accrescat pars unam petiam terre laborative positam in Capella Mondelgalli plebis S. Perri in Computo, & fundo de Gortinis a primo, & a II. lat. via . a III. tu conductor. & a mil. iur. Scotiatorum (id ejt Hospitalarium. qui Scoriati dicti sunt ex instituto caedendi (e loris, quae barbaro vocabulo Scorigiae. dictae sunt. Vid Cl. Praesulem Iosephum Garampium de B. Clara Ariminensi Dissert. xiv. 9 vi. pag. 371., & ad Indicem rerum v. Scoriati p. 553. Vid. & Iof. Garuffium Lucerna Lapidaria cap.111. p.80.) de Lonzano, sive huius paxii de Cazano, quam afferis constare quatuor tornaturis, vel fi qui funt meliores, & veriores confines, quam tu habes, tenes, & possides, quam de ea habes renovo. & costirmo tibi

### \$ 325 o€

propriis maiorum nominibus gentilitia cognomina profecta nemo non novit) innotescat, dein eius X3 silius

tibi recipienti, ut dictum est ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, & in omnibus meliorandum . & quando nemo supersit res predicta ad dictum Monafterium deveniat pleno jure cujus est ius, & proprietas, nec licear tibi, tuisque filiis, vel nepotibus dictam rem vendere, alienare, obligare, nec de ea aliquem contra aliculus facere in toto, vel de parte fine licentia dicti Monasterii pectita, & obtenta, fub annua pensione in mense Martii, vel 1. Indictionis unius denarii Ravenne, quod promittis mihi, & dicto Monasterio dare, solvere. & numerare, ac prettare, & dicta pacta, & conditiones servare, & si contra factum fuerit in aliquo capitu-Io supra nominato, tunc liceat dicto Monasterio sua propria auctoritate in dicta re intrate tenutam . & corporalem pof-Tesionem aprehendere, & in Le retinere flatuto aliquo feu Lege contraria non obstante. Hanc autem tibi facio pro pretio, & nomine pretii xxIIII.

florenor., quod confiteor me a te integre habuisse, & recepisse, & in utilitatem dicti Monasterii versum esse, & infuper dictam rem ab omni persona legitime autorizare, & defendere in Curia, & extra promitto tibi recipienti, ut dictum est omnibus expensis Monasterii . Que quidema omnia, & fingula fupra rata, & firma habere, tenere, & non venire contra promissones alter alteri vicillim inter se stipulantes, sub obligatione omnium suorum bonorum, & pena dupli dicti pretii, qua foluta, vel non hec fervaverit. Actum in Ecclesia. S. Iuliani predicti, presentibus testibus Dopño Vita, Dopño Arimino Cappellanis dicti Monasterii, Zargollo, Zagone+ rio, & Zunta fornario, & aliis. Ego Iulianus filius qui Domini Thomassi Iudicis de Arimino Imperiali auctoritate Iudex Ordinarius, & Notae rius , & rogatus fui, fubfcripfi, compleyi, & autog cizavi .

the wife the second second with the St.

filius Sciander, & ex co Iacobus (a), quibus succedunt Antonius, & Christophorus (b), tum & An. tonii filii Dominicus, & Baptista, ex quo postea prodiit Antonius alter Tabellio, cuius alla etiam num isthic supersunt (c). Scamnum eiusdem gentis ramus profectus est , Montigallensis est alter , ex quo nos sumus, & quocum consanguinitatis vincu-La etiamnum agnoscimus. Neque me veteri huic Patriae devinctum minus reddit affinitas, quae me inter, & Ferrios fratres intercedit, quando Lucia corum amita Amadutio nupta est primum, dein Faedio: tum vero longe cariorem ipsam facit Maria Theresia suavissima soror, quae tecum matrimonio coniuncia veluti postliminii iure ad vos reversa videatur. His accedunt amplissima huius Patriae decora, quae in ipsam derivata potissimum gaudemus ex Sebastiano Fausto clarissimo illo saeculi xv1. Scriptore , ex Balaccho Balacchio , cuius scripta habet Romae Bibliotheca Barberinia, ex Octaviano Octavianio ipfo, · de quo mox dicam, ex Iulio Bellio Minorita Conventuali Musicae artis peritissimo (d), ex Hieronyma

(a) In Regesto Tabularii Longianensis ab anno 1410. ad 1420. habentur multae lontrattuum solemnitates celebratae a lacobo q. Sciandri Montelgallo, eiusque praedia in Vettigalium Chartulatio anni 1420. recensentur.

(b) In altero Vettigalium

(b) In altero Vettigalium Chartulario anni 1493., & Ex recentiore anni 1500. corum praedia designantur, quae ad annum 1543. austa sunt.

(c) In eodem Tabulario Regesta habentur ab anno 1582. ad ann. 1622.

(d) Compieta, Motetti, Litanie a 8. voci, falsi bordoni a due Cori spezzati. In Venezia 1605. Vide Musicae Historiam cl. Ioh. Bapt. Martinii Tom. I. pag. 4491

wymo Ferrio Philologorum omnium nostrae aetatis celeberrimo, & demum, ut ceteros mittam, ex Francisco M. Manzio primum Cavallicensi Episcopo, mox Archiepiscopo Avenionensi, cui centenariam longaevitatem in summa senectute auguramur. Tum quem non etiam ad ipsius amorem alliciat aeris salubritas, ubertas olei, & vinorum potissimum suavitas, quibus excellit, ut ex Boeotia in Romandiolam transmigrasse wel wodusdoudes 'Isiana abundans uvis Histiaea, vel aumenous Enisoupes vitibus comsitus Epidaurus videatur? Quare etsi a Sabinianensibus Patriae honoribus devincus Parens (a), & domestici iuris Esclesiastico beneficio invitatus Patruus noster (b) avitum hoc solum desernerint, numquam tamen me, fratresque meos ab hac Patria alienos, aut veterum Larum immemores futuros verearis; quin potius haec ipsa meam in antiquos Penates pietatem modo testentur, donec cetera suppetant, quibus luculentiora exeram amoris, & grati animi indicia. Antequam ad Opusculi argumentum . & Auctorem veniam , ea praemittenda. sunt, quae primas, & sequiores Patriae conditiones patefaciant. Vetus Longiani Oppidum in Malatestarum Arimini Dominorum manus incidit, atque ipsum iidem cum imperio tenuerunt usque ad annum ciocccclxiil, quo nimirum Sigifmundo Milatestae una cum ceteris Oppidis ereptum est a Pio II., qui eum & armis, & diris impetiverat. Ab eo `**X** 4,...

<sup>(</sup>a) Michael Angelus pater chiit a. d. XIII. Kal, Mart.

<sup>(</sup>b) Ioh. Franc. Antonius: patruus obiit a. d. 111. Nonas Februarias auni CIDIOCCERRI

unno usque ad annum civioxix. Ecclesiae Romanae suribus addictum fuit, & per eius Vicarios gubernatum. Aft ad diem xiv. Kal. Octobris anni suprascripti concessum est a Leone X. Comiti Guidoni Rangonio in Vicariatum, & Feudum perpetuum, ut aiunt, quo beneficio & eius in Ecclesiam obsequia, & insoluta Stipendia compensarentur. Haec sane plenius constant ex Leonis X. Apostolicis Litteris, quae in Archivo secretiori Vaticano adservantur (a). Concessionem hanc dein confirmavit etiam Clemens VII., qui anno civioxxxil a. d. xvi. Kal. · Septemb. Vicariatum Longiani Ariminensis, & Sabiniani tunc Caesenavensis Dioecesis pridem per liveam masculinam Co. Guidoni Rangonio concessum ad feminas etiam, masculis desicientibus, & ad filios masculos earum in perpetuum cum censu consueto extendit (b). Siquidem iam antea, scilicet anno cioioxxiiI. Nonis Martii, ipse Clemens VII. exemerat ab omni iurisdictione Civitatis Caesenae Oppidum Sabiniani, quod Clemens ipse superiori anno, Sede Romana Vacante, dum esset Romandiolae Legatus, dictus tunc Iulius Medices, & deinde Hadrianus VI. custodiendum tradiderat eidem Rangonio, quod ipse sua pecunia militibus stipendia persolverit pro Mutinensis Civitatis defensione (c); quod etiam confirmavit aliis Litteris anni cioloxxvi. a. d. xv1. Kal. April., quibus asserit, se Rangonio,

<sup>(</sup>a) Lib. viii. Secret. Leowie X. fol. 182.

vo Vaticano.

<sup>(</sup>b) Tom. 166. Bullar. Clementis VII. pag. 9. in Archi-

<sup>(</sup>c) Lib. 41. Bullar. Clementis VII. pag.242. in Archivo Vaticano.

einsque heredibus, & successoribus Oppidum Sabiniani concessisse ob stipendia a se erogata militibus, quodque, Leone X., & Hadriano VI. Summis Pontificibus, multos labores pro Romana Ecclesia passus esset, & Mutinae Civitatem bello oppressam conservasset (2). Verum ad Longianum redeamus. Etiam Paullum III. Longiani Oppidum Rangonio confirmasse, patet ex Bulla Iulii III. Kal. Septemb. ann. civiv., qua & Longianense, & Sabinianense Oppidum in Feudum denuo eidem asserit iuxta. Leonis X., Clementis VII., & Paulli III. Conflitutiones ; additque privilegium extrabendi ex Cer. viensibus salinis ccz. salis saccos ad eorumdem locorum usum, & commodum (b); quae Bulla dein sequenti anno postridie Idus Octobris recognita. etiam suit a Pontificii Fisci Ministris (c). Factum dein est, ut, Guidone e vivis erepto, Argentina Pallavicinia vidua, ac tutrix, & curatrix Balthassaris filii Longiano praeesset, ad cuius regimen capessendum dein maior factus ipse accessit. Verum anno civilix. tres criminum, de quibus accusabatur, delationes eum Romam adegerunt, ob quas & ipsum Longiani regimen, & redditus eidem. fuerant intercepti. Ceterum facile se a tribus, quibus potissimum impetebatur, criminationibus expedivit, qui scilicet nedum citra culpam eins cum Hebraeis consuetudinem demonstraverit, quin potius laudandum se praebuerit docens, se ex buiulmods.

<sup>(</sup>a) Lib.t. Brevium Cle(b) Lib.t 70. Diverf. Camentis VII. fol.t 1. a ter. meral: p. 135: in Archivo Vnt.
in Archivo Vaticano.
(c) Ibid. pag. 149. a ter.

sulmodi consuetudine id obtinuisse, ut Hebraeus quidam, Mosettus nomine, quem ipse de sacro regenerationis fonte susceperat, ad Christianorum sacra (testante id potissimum Ecclesiae S. Christophori Rectore ) transierit. Tum equum, non in Ecclesiastico Caemeterio, sed multo ab eo intervallo bumasse evicit. Tandem Sacellum Divo Iacobo sacrum non prius se in stabula (ubi nunc borrea publica , ceteraque adiacentia ) convertisse docuit, quam a Classensium Monachorum Actoribus, dum in corum iure esset, ad profanos usus, & praesortim ad frumenti foveas construendas traductum fuisset. Quare in pristinum restitutus Balthassar rursus ad Oppidum gubernaudum accessit. Ast dein eodem vita functo, interdictus est a Pontifice Gregario XIII. ad Feudum aditus Guidoni Iuniori eius filio, quem ipse ex Iulia Orsinia susceperat, quique Ferrariae captivus detinebatur. Quare Apostolicas Litteras dedit Pontifex Ioh Petro Ghisilerio Romandiolae Praesidi, quibus iubet, ut attenta morte Balthassaris, & ob incapacitatem Guidonis, Longianum iuribus Patrimonii Beati Petri, & Apostolicae Sedis accenseat; quod Praeses brevi faciendum curavit mittens Petrum Argentam, qui sibi erat a cognitionibus, Longianum. pridie Kal. Iulii anni civivixxxi. una cum aliquot equitibus, qui primum a Praetore Arcis incola repulsus est, sed iterum reversus vi. Nonas Iulii Opvidi possessionem nomine Pontificis facile inivit, novumque Praetorem Silvium Gattium Sabinianensem designavit. Accidit interea, ut Guido Iunior,

quem diximus, brevi occumberet necatus aquis foveae publicae , qua Arx Ferrariae cingitur , in quas nimirum effugium una cum familiari suo anxie quaerens, misero sato praeceps ruit. Quare Pontifex alias Ghisilerio Praesidi litteras dedit, quibus Longiani occupationem pro Ecclesia Romana. confirmat, attenta morte, ut ibidem dicitur, Guidonis filii Balthassaris, iura iuribus addendo (a), quibusque munitus Petrus Argenta Praesidis a cognitionibus rursus Longianum ad no-Vam capessendam possessionem xvIII. Kat. Septemb. profectus est. Interea (ut cetera minoris momenti, quae ex Narratione ipsa accipias, praeteream) delecti sunt ex Decurionibus Oratores ad Romanam Aulam Iohannes Nicolaus Marinius, & Sigismundus Octavianius, Auctoris nostri frater, qui Senatus nomine Gregorio XIII. fidelitatis obsequia exhiberent. Quapropter iter Romam ingresse sunt a. d. 1v. Nonas Augusti, & cum sex dierum spatio equis advecti pervenissent, ab optimo Pontifice benigne babiti sunt, ac ornati pluribus privilegiis, quae apsi pro Patria impetraverant, quaeque in eius Apostolicis Litteris datis a. d. xIII. Kal. Septemb. eiusdem anni cividixxxi. perspicue continentur. Haec rerum nostrarum, & temporum, quibus contigerunt, summa. Quoniam vero superius etiam. Sabiniani Oppidum Rangoniis cessisse ex Pontificum beneficio diximus, ne imperfectam alterius Patriae nostrae, in qua nati, & alti sumus, conditionem circa

<sup>(</sup>a) Ditas has Apostolicas Litteras adservat Archivimo Longianense.

circa hoc tempus relinquamus, innuemus nunc ab. eius possessione iamdiu ipsos excessisse usque ab anno civioxi., frustraque etiam eiufdem redemptionem tentasse Balthassarem anno cividixxviil., ut Monumentis ex secretioribus Pontificiis Archivis erutis, quorum apographa apud nos adservamus, ostendere, si hoc nunc ageretur, abunde possemus. Ast illud restat modo, ut de Narrationis Scriptore Octaviano Octavianio pauca memoremus. Gens Octaviania inter praecipuas municipales numerata est, ac cum ceteris honestioribus, Ferandia nempe, Tosonia, Rosettia, Herculania, Ghinia, aliisque affinitate adhaerebat. Prodit ex ea, qui dumtaxat nobis innotuerunt, Octavianus Octavianius Senior saeculi xv. Actuarius, sive Tabellio, quod munus tunc temporis Cives praestantiores obibant. tum Iobannes Baptista Scriptoris nostri Avus, & ex eo Deotalevus einsdem pater, Altuarii & ipsi, ut & Sigismundus Octaviani Iunioris frater. Octavianus vero Iunior, qui & noster, eloquentiam. professus est, atque eam sane pro dignitate, ut ex hac ipsius perpolita, & eleganti Narratione facile colligitur. Obiit ipse anno civioxci., testamento condito per Iohannem Nicolaum Marinium, cuius supra meminimus, quo Sigismundum fratrem scripsit heredem, & Montem Pietatis, ut aiunt, erigendum mandavit, quod commode anno mox sequenti peractum est . Sigismundus vero superstes usque ad annum civiocxxi. vitam protraxit, eoque defuncto, ctaviania gens simul extincta est. Multum ipse de Minoritis Conventualibus bene meri-

zus est, qui testamento ipsis legaverit eam substantiac partem, quae & facrae Turri, & Claustris construendis, & Concioni per annum in eorum Templo perpetuo habendae par esset. Vides porro ea me suis locis usurpasse, quae tu mihi humaniter. communicaveras ex Archivo isto tuo, quod sanc, monumentis omnibus concinne dispositis, Patriae usibus commodius, & utilius praestitisti. Cetera. nobis innotuerunt spontanea largitate eruditissimi. Civis Hieronymi Ferrii in Academia Ferrariensi Eloquentiae Professoris, tum etiam beneficio Cl. Praesulis Iosephi Garampii Ariminensis, qui & Arimini, & Oppidorum singulorum, quae in eius Dioecesi continentur, Monumenta omnia ex membranis Archivorum secretiorum Vaticani Palatii, & Arcis Hadrianae, quibus laudabiliter praefuit ante Apostolicas, quas nunc egregie sustinet, Legationes, summa diligentia collegit, & quae nobis liberent, exscribenda summa liberalitate, & amica comitate indulsit. Commode Narrationem hanc. quam modo in lucem profero, & quam Patriae, & tibi sacram volui , eidem doctissimo Praesuli acceptam refero, quae nimirum proset in laudato Arcis Hadrianae , sive Castri S. Angeli secretiori Archivo (a), ex quo eamdem ipse iam protraxerat, & ceteris Ariminensibus Monumentis, quae vivens patriae Gambalongae Bibliothecae dono dedit, adiunxerat. Haec sunt, quae tecum tommunicanda habui, Carissime Levir, quaeque Dominico Amadutio, consobrino nostro, & insignis huius Colle-

<sup>(1)</sup> Armar. 13. capf. 14. mm. 18.

# **→** 334 **→**

Collegii Canonico communicare etiam poteris. Sint vero baec ipfa amoris, & benevolentiae in te meae argumenta, & ut sunt ab ingenuo, ac sincero animo professa, ita tu aequo, ac bono etiam accipias animo. Vale interim tu, & tecum valeat Maria Theresia coniux, & Michaelina siliola.

Datis Roma Pridie Idus Maias, eo ipso die, qui fausti, ac selicis mei in Urbem ingressus anniversarius est, anno a Christi natali cioioccuxxiv.



LONGIA-

# LONGIANI DEVOLUTIO AD S. R. E SUB GREGORIO XIII. PONT. MAX PER OCTAVIANUM OCTAVIANIUM

LONGIANENSEM
CONSCRIPTA NARRATIO.



ONGIANUM sane Oppidum (nam hinc auspicari libet) Romandiolae inter praecipua propter aeris salubritatem,

fitus amoenitatem, ac optimi olei ubertatem, & Incolarum civile admodum genus, diu tenuit Marchio Balthasar Rangonus, utpote donatum patri suo Co. Guidoni ob res gestas pro Ecclesia, confirmatumque a Pontificibus Maximis non sibi solum, verum etiam filiis, minoribusque, uti ego accepi, in infinitum. Is cum apud Cretam Praesectus esset militum, qui praesidio illic Venetis erant, ac ingenti cum laude, atque exspectatione sui eiusmodi gereret munus,

mense Maio anni a partu Virginis MDLXXXI. in ea Insula diem obiit, superstite coniuge Iulia Ursina, duobusque filiis Comite Guidone, captivo Pacis Ferrariae, & Blanca (a), quae cum matre urbem Romam colebat. Cuins quidem Marchionis interitus cum has fama penetrasser oras, Ioh. Petrus Ghislerius Romandiolae Praeses meritissimus misit ex suis Auditoribus Petrum cognomine Argentam cum litteris, & parvo quodam equitatu, ut Longianum pro Ecclesia caperet, quod Guido Iunior non esser successionis particeps, quemadmodum Summus Pontifex in suis litteris potissimum meminit. Pridie itaque Kalendas Iulii adveniens Petrus, improvisusque Oppidum ingrediens Arcem petit; cuius cum interclusa paullo ante fuisset ianua a Praetore Arcis incola, postulavit, ut recluderetur: tunc Praetor nega-

<sup>(</sup>a) De ea vide Inscriptionem, quae est in Templo SS. Trinitati: Sahiniani a Balthassare eius patre inchoato, da ea persetto, quae edi-

ta est in Tom.11. Histor. Mosnumentor. Ord. S. Hieronymi Cong. B. Petri de Piss, auctore Iohan. Bapt. Saianellio : PAG-235.

negare, ille iterum, atque iterum protestati: hic propositi tenax recusat prorsus, itaut Auditor inanem suam operam videns eodem die discederet , relictis apud quosdam litteris, & expresso edicto, ne quis posthac, tamquam subditus alterius, quam Romanae Ecclesiae pareret Imperio. Quocirca Longianenses Consiliarii, horum enim aut nullus, aut rari antea visi fuerant, varie affe-Lti, spemque inter, & metum, in Arce ipla lub vesperas conveniunt coram Praetore antedicto, tamquam lecturi litteras, & magnis de rebus confilium habituri. Recitatae igitur sunt litterae, quarum illud erat caput, & summa, ut Petro Argentae pro Ecclesia Longianum capienti unus quilibet praesto esset, ac debitum praestaret auxilium; qua re cognita, in unam demum sententiam ierunt, ut Legum Doctor Camillus Pirinus (a) se ad Praesidem conferret, rogaret illum Universitatis nomine, ut rem disserret longius, quoad Domina Tom.III. cer-

<sup>(2)</sup> Fuit etiam Restor Academiae Bononiensis.

certior fieret, & ab ea rescriberetur. Postridie autem constitutum iter ingreditur Doctor ad Praesidem, cui, ut in summa dicam, nihil placuit amplius immorari. Cum tamen vellet integram capturam rursus moliendam, nihil obesse Longianensibus, si modo nullum capiendo obiiecretur obstaculum. Porro sexto Nonas Iulii hora undecima, ut Latinorum morem sequar, iterum Petrus, quem iam adventare rumor erat, folitis fere cum equitibus, ac Summi Pontificis tabellas gerens sele offert : cui foribus Arcis consulto patentibus nihil captu facilius umquam exstitit. Arce ergo capta. (Oppidum enim nihil umquam difficultatis habuit) novum in ea Praetorem statuit, relicto iam a superiore loco, deinde Savignanum, qui locus non longe abest, se contulit, brevi tamen rediturus. In sequentis vero diei mane idem revertitur, quocum pene consueverat, comitatu: moxque collecti in Praetorio folito Confiliarii, & perlectis litteris, oppidanas illi, ut sit, claves tradi-

eradidere, ac iureiurando se sidos Romanae Ecclesiae subditos fore asseruerunt, tum die missis ad prandium omnibus, brevis quidam laetitiae caussa Campanae magnae, quam Turris habet, exauditus est sonus: fed adeo exilis, & aeger, ut moestitiae potius indicandae, quam hilaritatis gratia dicas editum. Vesperi item prosectis iam Ecclesiasticis perexiguum in summa Turri vidisses ignem, & quidem huiusmodi, qui frigoris capax, & lucis expers propemodum videretur. Quod profecto, & si qua id genus alia, in tanta fortunae mutatione Longianenses omiserint, rationabili timori tribuendum est. Id tamen magna cura fuit, ut Marchionem iam vitae exfortem dignis tridui inferiis, & Coenoraphio decorarent. Paucis post diebus consilio habito tum de mittendis ad Praesidem Oratoribus, tum de perendis rebus, placuit Consiliariis, ut Deotalevus Octavianius (a), Ioh. Nicola Marinus, & Ambrofius Cataneus vetera Longia-

<sup>(2)</sup> Hic est pater Austoris Opusculi, quod edimus.

Longiani dogmata una cum Doctore Camillo supradicto percurrerent: ac ea demum componerent, quae & petitione digna, & Reipublicae conducibilia ducerent. Hoc sane loco opus est, ut Longianensem Patriam eo commendem, quod in electione Virûm satis, nisi me amor fallit, perspicax, & aequa semper fuerit. Isti enim omnes non obscuro loco nati ciusmodi sunt, ut in eis neque prudentiam, neque probitatem, neque aliud quidquam, quod ad eam rem spectaret, desiderares. Qui etiam omnes oratorium munus praeter Ambrosium obeuntes, non facile dictu est, quanto instantis Massarii labore sese in viam dederint. Tandem, quia Praetoris compulit iussus, conducta rheda Ravennam vehentes ecce tibi in Portu Caesenati reperiunt Praesidem. Hic orantes eos, cum duriorem de Longianensi Populo induisset opinionem, coepit repellere, irregulares vocitans, tarditatis infimulans, ac necessarium esse ad Pont. aditum affirmans; id unum impetrarunt, quod Reipublicae plurimum profuissé reor: Nam Praeses, immutata serme sententia, promisit, se litteris quidem suis Marsilio Bonsilio Thesaurario Generali dignissimo, Oratores nostros ad Pontificem Maximum adeuntes non vulgariter commendaturum. Nostri igitur, actis, quas debuere (a), gratiis, solliciti magis, quam laeti recurrentes de Oratoribus ad Summum Pontificem consulendo quamprimum agunt. Hic vero clamosa nimium, & incredibilis altercatio fuit: propter quod, cum in quempiam cadebat opinio, is protinus vel per valetudinem, vel per negotia non licere asserens, exemptum se, ac expurgatum ibat, quo in numero certe fuerunt Camillus Pirinus, & Deoralevus Octavianius primo loco electi, qui magno labore, ac pene dixerim. sudore adhibito, vix evaserunt; cum in ipsos uno omnium ore, vel contentione potius convenirer onus. Lire autem nondum dirempta, vil. Kalendas Sextiles cum Thesaurario

(a) Ms. Cod. debere.

rario Provinciali benemerito Innocentio Malvatico accessit huc Praeses, qui erga populum istum optime animatus tanta humanitate complexus est universum, ut admirationi adhuc sit locus. Nam tam facile erat cuique vel infimo ipsum alloqui, quam quod facillimum, adeour quemquam non gratiosum a se prodire, quantum incolumi dignitate fieri poterat, minime pateretur. Hoc fortasse molestum cuipiam videri potuit, quod idem statuit, ac Praetori quidem imperavit, ut post suam prosectionem, quae brevi futura erat, cooptatos Oratores Romani properare cogeret; atqui nihil propterea humanitatis imminuitur, quando sic amplitudo ferebat eius, urgebat Reip. commodum, & necessarium Universitatis officium postulabar. Sed quid cesso memorandum referre prodigium? Nam Praeside una cum ceteris convivis in coenatione Arcis hypetra, quae ad Orientem spectat, recumbente, sic inter coenandum, & occafum paullo post Solem, mirificus quidam in Arce ad Septentrionem visus est fulgor: qui perinde ac globus igneus in aera coniectus, quem nostri radium appellant, primum quidem accensus est, postea urente paullatim flamma in arcum processit, donec flammeo colore deposito, argento simillimus iudicatus est; tum in nubis substantiam migrans, ac sumpta draconis, ut nonnulli perhibent, forma, postremo evanuit; nec desunt, qui paullo ante captam Arcem, tres vidisse in caelo stellas triangularem formam facientes testati sunt : quae portenta utrum ad devolutionem huiusmodi, ut multi interpretantur, an ad aliud referenda sit, integrum cuilibet linquatur iudicium; & unde fluxit, revertatur oratio. Aurora igitur quumprimum successit, Praeses una cum toto comitatu hinc digressus est, & a Consiliariis inchoata iampridem disceptatio repetita est, quam ea demum secunda electione profligarunt, ut Iohannes Nicola Marinus antedictus, & cum eo Sigismundus Octavianius (a) Oratores

(a) Hic fint frater Aufteris

tores irent; optimam scilicet compositionem, in qua duos videas pari ingenio, & probitate, & si quid ad rem pertinet, claritate generis, quod inter Longianenses non infimum tenent locum, atque aliis praeterea doribus pariter, ut mihi quidem videtur, decoratos; quas amborum facultates animi cum antea in rebus, tum in hoc potissimum Romano munere conficiendo exitus ipse pulcherrimus testatus est. At vero designatorum voluntas cum modo huc, modo illuc dictante ratione duceretur, hem rumer exoritur, Co. Guidonem fracto carcere Ferrariensis Ducis (a) essugisse manum ; quae res, ut aiunt, sic se habet. Comes: enim diuturnam captivitatem nimis, quam inique ferens, ac inaestimabilis libertatis amore flagrans, corrofis lima clatris, sese in fossam Arcis nocturnus deiecit, ut pererratis nando aquis sospes evaderet. Sed horrendum dictu! unda obrutus misere vitam finivit; idem quoque ab altero Iuvene commillim

<sup>(</sup>a) Nempe Alfonsi II. Ducis V., & postremi Ferrariae.


missum fuisse tradunt, qui nullius affinis culpae, obsequii tantum studio carceris confortium subire non dubitarat; quorum miferabilis obitus cadavera ipsa, alterum videlicet Comitis in summa lympha repertum, alterum socii piscando inventum fecerunt fidem. Sed quid dicam de genitricis Dominae patientia? Revera occasio admonet de hac etiam aliquid in medium afferre; verum quia maior fuit, quam ut verbis, aut litteris persegui valeam, tantum dicam, fingularem prope fuisse illam non in filii solum, & coniugis interitu, verum etiam in sustinendis omnibus fortunae vicibus: quem in modum nec humilitate, nec abstinentia, nec vitae denique integritate ab ulla, quod sciam, superatur. Oratores vero, ut redeam, unde exivi, sumpta Pragsidis epistola commendatitia, nec non adhibito famulo, aliisque necessariis rebus iv. Nonas Sextiles Romam equos itineris conscendunt, & sex dierum curriculo ad Almam Urbem perveniunt; ubi triduo post, nam cunctari paullisper necesse fuit, Generalem Thesaurarium convenientes officiosi Praesidis litteras confestim reddunt, quibus perlectis, haud parvo negocio exprimas, quanta eos urbanitate exceperit: quippe qui, praeterquamquod acerrimum se illorum fautorem fore ostendit, Summi etiam Pontisicis copiam postridie facturum iildem asseruit. Quapropter Oratores ipsi ad praescriptum diem placido, ac familiari Thesaurarii ductu, in suum enim currum illos assumplerat, Pontificia petunt limina: mox introgressi post ternas poplitum inflexiones ad pavimentum usque paribus intervallis, ac pede rite osculato, suos animi conceptus S. D. N. Gregorio XIII. Pont. Max. brevi oratione perstringunt, & exaratas Universitatis preces humiliter offerunt. Ille in fingulas inflexiones benedicens Pastor, commissi gregis amantissimus oves suas aequo animo suscepit, arque iis responso plane aureo persuasit, se omnibus in rebus & iusti, & honesti rationem habiturum. Dignum Gre-

Gregorio responsum! Ecquod memorabilius, aut honestius, aut sanctius excogitari potuit? O felix Petri navicula talem, ac tantum merita habere gubernatorem, qui, quae sua est admirabilis solertia, & aequitas, numquam non invigilat, ut ventos, ut fluctus, ut omnia adversa prohibeat. Est certe, quod gaudeas Sancta Mater Ecclesia, quodque immortales immortali Deo gratias agas, qui tale tibi Caput visibile tot virturum ornamentis insigne praestare voluit. Verum quid ago? laudes huiusmodi sunt nimis quam excellentes, ac meae vires ne attingere quidem valent, ita ut tenebras magis offundere, quam lumen afferre videar. Quamobrem operae pretium fore existimo, ut excellenti provincia ad eos, qui ingenio, orationisque facultate excellunt, traducta, me ad intermissam narrationem referam, deinde extremam, ut decet, manum imponam. Quoniam igitur rerum deliberatio maioremo exigebat moram, Thesaurario mandatum est.

est, ut cuncta librarer aequius, & confecto quamprimum negotio, ne superfluis cumularentur impensis, dimitteret Oratores. Ad extremum vero nunc brevitatis gratia reliquas omitto voces hinc inde promptas, coronarum manipulos duos expediunt, ut Apostolica Benedictione insignes Consiliariis Longianensibus in primis, quod in reditu factum est, impertirent: quas ubi caelestis regni Claviger Sanctissimae Trinitatis donavit indulgentiis, ac data abeundi venia, summa illi cum humilitate consurgunt, adversique, ut decet, hinc pedem referunt. Reliquum erat, ut cum Thesaurario transigeretur, cuius opera, de sententia tamen Summi Pastoris, ad exitum, quem in calcem huius narrationis reiicio, perducta res est, citius etiam perficienda, nisi, infirmior ipsius Antistitis Maximi valetudo intercessisset. Dum igitur seduli Oratores magno negotio insudant, pernoctantes interim in cogitando de patria utilitate, quae ipsis antiquissima semper fuit, Petrus Argenta

genta Longianum tertio mittitur, qui de Comitis casu longe, lateque pervagato nuncio alteras D. N. Litteras ad Ecclesiae iurium accessionem, xvIII. Kal. Septembris iterata possessione exsecutus est, ubi debita quoque alacritatis significatio, quaeque vespertino igne, & vociseratione, & campanae pulsu exprimi solet, insecuta est. Illi aurem infestissimo licer morbo rum Romae, tum Longiani post reditum correpti fuerint, a quo etiam Dei munere convaluerunt; nihilo secius xIII. Kal. Septembris amplo Reipublicae, arque honorifico diplomate, S. D. N. largiente, sunt potiti, quo Longianensibus tandem allato nihil gratius, nihilque salubrius post hominum memoriam sibi accidisse ferunt; & velut ancile quoddam caelicus demissum venerantes, debitas ei ex corde preces pro auctore iugiter effundunt. Equidem, Lector suavissime, nonnullas ambages praeterii, quae cum aut nihil, aut parum ad rem artinere videbantur, nolui hiantem quempiam, & ad summam

mam rei properantem plus aequo remorari. Satis ergo habeat unusquisque, Gregorianum illud exstare Longiani monumentum, ac huiusmodi, ut nullum neque amplius, neque honorificentius a Sede Apostolica fortasse hactenus sit profectum. Longiani xII. Kal. Septemb. MDLXXXII.



STLLO-

## STLLOGE EPISTOLARUM VARIORUM SCRIPTORUM NIMIRUM

Lini Coluccii Salutati, Iacobi Ammanati Card. Papiensis, Iacobi Perleonis, Fulvii Peregrini Morati, Alvari Gomesii Castri, Laurentii Campegii, Hieronymi Caprae, & Francisci Alciati Card.

QUAR EX DIVERSIS MSS. CODD.

## IOHANNIS CHRISTOPHORI AMADUTII AD NOBILISSIMUM VIRUM REGINALDUM ANSIDEIUM PATRITIUM PERUSINUM PRAEFATIO.

UAE ex Codice Ms. domesticae tuae Biblios thecae eruta Epistola hanc modo anecdotarum Epistolarum Syllogem inchoat, & auspicatur, non me solum, sed etiam Cl. Virum Ioh. Ludovicum Blanconium, quocum horum edendorum provincia communis est, facile suasit, totam etians Syllogem, utpote quae ab co, quod tui iuris est, initium ducat, tibi uni nuncupandam merito esfe, & inscribendam. Quare uno in officio & ipsius amorem, amicitiamque in to ampletteris, & mei insuper in te observantiam, & benevolentiam deprehendes. Gratos nos quinetiam esse tibi pro his nobis modo ex penu tuo communicatis lautitiis facile existimabis, qui primitias ipsas tibi sacras voluerimus, dum interim cetera, quae etiam edantur, necessario examini, & collationibus subiicimus. Quapropter harum Epistolarum agmen ducet Lini Coluccii Salutati Epistola, quam inter ceteras Codicis tui, quae ad Poggium Florentinum, Leonardum Arretinum, Augustinum Dathum, Hieronymum Castellium , Sorinum Bentium , Andreottium Gerardum Cinutium, Rodulfum Lottam, Hieronymum Alliottum, Tom.III. AnAndream Contrarium, Paullum, & Timotheum.
Masseios, Omnibonum Leonicenum, aliosque pertinent, potissimum selegimus. Celebris est Linus Coluccius Salutatus, quam ut pluribus a nobis nuncillustrari opus sit. Ceterum consule, quae praeposita sunt eius Epistolarum collectioni II. Voluminibus comprehensae, quae Florentiae (a), Laur. Mehusio primum negligenter satis, mox Cl. Ioh-Lamio sub Iosephi Rigaccii nomine diligentius curante, edita est. Data est haec nostra Epistola, quae diversa est ab iis, quas iam edidit Fabricius (b), Balutius (c), Martenius (d), Lazzarius (e), & Lamius (f), ad Magistrum Donatum de Casentino, cui etiam altera, quam habet editio Florentina (g), inscripta est.

Dein succedet Epistola Iacobi Ammanati Piccolominei S R. E. Card., & Episcopi Papiensis, postea Lucensis, quae eruta est ex Archivo secreto Vaticano (h), quamque nobis pro sua singulari humanitate communicavit Praesul Cl. Iosephus Garampius, cuius solum nomen summa laus est. De Cardinali Papiensi nihil est, quod dicam, cum de co abunde trastaverint Ciacconius, ubi de Cardinalibus, Ludo-

(a) Florentiae 1741., &

(b) Bibl, Latin. med., & infim Latinit. To.I. pag.291. edit. Patav.

(c) Miscellan. Volum. 1v pag.501., 511., & 516.

(d) Anecd. Tom. II. col.

(e) Inter Epistol.Clar.Vir.

Theodori Prodromi ex Codd. Mss. Bibl. Colleg.Rom., Romae 1754. pag. 154.

(1) In cit. edit., & in Delic.Erud., sive Hodoeporic. ex Codd. Riccardian.

(g) Epist. xiviii. Tom.il.
pag 137

(h) Arm.39. To.x. p. 157, a ter., & pag. 189,

vicus Donius Attichyus Episcopus Aeduensis (a), Philippus Bonamicius (b), &, ut ceteros mittam, Sebastianus Paullius Congregationis Matris Dei Alumnus celeberrimus (c). Quinque alias Card, Pas piensis Epistolas ad Sacramorum de Sacramoris habes inter editas, quae anno cioccccixxv, datae funt; G duae posteriores, quae nempe die viii., & xxiv Augusti subnotantur, commode provocant ad pampinos, & uvas, quarum in hac nostra. anecdota mentio fit (d). Quis fuerit Sacramorus, nunc a nobis aliqua sunt attingenda. Fuit hic Anzonii filius ex nobili gente Ariminensi, qui Protonotarius Apostolicus a Sixto IV. renunciatus, postea Ecclesiae Placentinae, mox Parmensis regimini praefectus est ad annum ciocccuxxv., & a Sfortiis Dynastis Oratoris munere saepe apud varios Principes cohonestatus. Obiit vero Ferrariae a. d. 1x, Kal. Septembris anni cioccccixxxii. Praeter Ughellium (e), qui de eo nonnulla habet, videndus etiam Iacobus Volaterranus in Diario Romano ab anno cioccixxii. Z 2 аd

(a) Flores Historiae Sacri Collegii Cardd., Lutet. Paris. ann. 1660. To.II. pag.359.

(b) De claris Pontificiar. Epitol. Scriptor. pag. 168. edit. secund. Roman.

(c) Disquisizione Istorica della Patria, e Compendio della Vita di Giacomo Ammanati Piccolomini Card, detto il Papiense del P. Sebastiano Paoli &c. Lucca per Pellegrino Frediani 1712.

(d) I. eft ad pag. 83%. num.577., iI. ad pag. 855. num.613., iiI. ad pag. 857. num.618., iv. ad pag. 858. num.622., & v. ad pag. 863. num.632.

(e) Ital. Sacr. Tom. 11. col. 186., & 230. Archivo secreto Vaticano, quod Ms. adservatur in Archivo secreto Vaticano, quodque ex Ms. Cod. Bibliothecac Estensis edidit Vir Cl. Ludov. Ant. Muratorius (a). In Bibliotheca vero Caesarea Vindobonensi exstat Codex membranaceus (b), ubi continentur Notae Cryptographicae Francisci Trachedinii, quibus cum pluribus utebatur, atque ibidem (c) in Mediolano occurrit Zisra cum Dño Filippo Sacramorro Ariminen. Ducali Oratore Florentiae; quem certe prima fronte quis non alium diceret, quam qui nunc a nobis laudatur, cum tempora

(a) Scriptor. Rer. Ital. To.xxIII., ubi ad ann. 1481. col. 144. post lacunam, quam babet uterque Codex Vaticanus , & Eitensis , baec leguntur: .... Praesulem, ut erat instituti mei. Is autem fuit Sacramorus Ariminensis, qui ante sex annos ex laicali sorte a Xisto Pontifice, adjutore Galeatio Duce Mediolanenfium, ad Protonotariatum Sedis Apostolicae assumptus suerat, & paulo post ad Praesulatum evectus. Vir magni ingenii, & rerum publicarum in primis peritus, quippe qui annos viginti, & ultra pro Mediolanenfibus Principibus cum Regibus, Ducibus, & Porestaribus se in publicis exerguerat . Novissime autem pro

Galeatio, &, defuncto eo; pro filio Romae apud Pontificem legationem agebat. Ab eo itaque amanter, & honorifice fum exceptus, ac compulsus diei reliquum secuma confumere; magna enim fuerat benevolentia cum Papiens meo coniunctus, & mecum multa interiora communicans, fibi illa communicare videbatur. Sequenti die, qui Martis fuit, quintus, & vigesimus Mensis Septembris, Parma, abiens Regium primo ad prandium, inde Mutinam, antequam inclinaret Sol, deveni &cc.

(b) In 4. Class. Philologi num. 138. saec. xv.

(c) l'ag. 30. die 27. Decembes ann. 1475.

pora apprime conveniant cum munere; licet tamen Philippi nomen, nist illud temere immutatum suspicemur, diversum hominem adstrucre possit ? quandoquidem exstiterunt hac ipsa aetate alii etiam ex Sacramoria gente, monente eodem Codice (a), scilicet Christophorus Sacramorrus, cui scribit idem Trachedinius, & Lunardus Sacramorrus, pro quo etiam designando peculiare exstat bieroglyphicum. Fuit & Malatesta Sacramorus his ipsis coaevus, is nempe, qui Praedicatorum Alumnus in Coenobio Florentino S. Marci se obtulit ad igneme pro testanda celebris Hieronymi Savonarolae socia sui innocentia ad ann. cioccccxcviii. postridie Kal. Aprilis, quique dein Savonarolam de obiettis criminibus postulans, nec ab eo interrogationes pertaeso nullum referens responsum ait: Ex ore tuo credidi, & ex ore tuo discredo. Haec, ut 👉 syngrapham ipsam, qua Sacramorus igni se devovit, petere licet ex altero Ms. Cod. domesticae tuae Bibliothecae, qui continet vitam Savonarolae exaratam a Timotheo Bottonio Perusino ex Praedicatorum familia anno civivizi, ut ipse testasur (b), quae tamen eadem videtur, ac illa, quae .Z 2

(a) Pag.43., & 45. ad

(b) Io F. Timoreo da Perugia, il quale di mia propria mano ho scritto il sopradetto miracolo (di sanazione d'una Monaca di S. Vincenzio di Prato, detta Sor Obbediene. Ta figlia di Simon Ginori) infieme con l'altre memorie del P. F. Girolamo, che in questo Libro si contengono, so sede, come a di xxviitt. d'Aprile di quest'anno MDLXVI. andando io al Capitolo di Pistoia, e pase sando da Prato &Co.

anno civioccixiv. edita est Lucae apud Caietanum Iustium , quae auctorem praefert Pacificum Burlamacchium Lucensem Savonarolae socium, & familiarem, ut proinde Timotheus Bottonius tuus amanuensis tantum, non auctor huius vitae forte babendus sit, cum praesertim nibil apud Augustinum Oldoinium (a), apud Caesarem Crispoltium (b), & apud Ludovicum Iacobillium (c), qui eius opexa accurate recensuerunt, de hoc vitae commentario occurrat. Sed ad Sacramorum nostrum redeamus, qui forte & Philippi, & Christophori, & Lunardi, & Malatestae frater fuit, vel alio consanguinitatis vinculo coniunctus. Hic fuit Commendatarius, ut aiunt, perpetuus Abbatiae Sancti Iuliani de Arimino, ut ex Instrumento quodam anni cioccccixxix. deprehenditur ; inima fuit & Abbatiae alterius Ariminensis S. Gaudentii, ut patet ex Litteris Apostolicis Sixti IV., quibus Stephano Card. S. Mariae Transtiberim (qui fuit Stephanus Nardinius Archiepisc. Mediolan. Presbyter primum S. Hadriani ) concedit in Commendam Monasteria S. Iuliani, & S. Gaudentii Arimini Vacantia per obitum Sacramori Episcopi Parmensis. Fuit & Philippus Sacramora Canonicus Florentinus, qui certe alius a nostro fuit, an vere ex eadem gente prognatus, ignoro, & cui commendatum fuerat Monasterium S. Benedicti de

(a) Athenaeum Augustum, In quo Perusinorum scriptapublice exponuntum, litt.T. pag. 316. (b) Perugia Augusta lib.ul; pag.369.

(c) Bibliotheca Umbriae : litt.T. pag.258. Castro Savignani Arimin. Dioec. Camald. Ord, quodque dein vacans per obitum ipsius ab Innocentio VIII. anno ciocccexe. a. d. viii. Kal. Febr. commendatum suit Iobanni Baptistae Vsusmaris in ix. aetatis anno constituto (a). Vides porro, me non tam tuae, quam meae insuper Patriae aliquid tribuere, ad quam ea etiam, quae subsequuntur, spectare sinas.

Sequentur ergo tres aliae Epistolae Iacobi Perleonis,: sive Pierleonis, aut etiam Parleonis, ut quibusdam placet, Ariminensis, de quibus mox dicam. Perleonum gens antiquissima est apad Ariminenses, cuius nimirum exstent monumenta usque a saeculo xII. extintia autem est circa finem saeculi xvi., Arni aquis Florentiae obruto Laelio gentis suae supremo (b). Nunc de Iacobo nostro quaerendum. Iudocus Hondius in Nova, & accurata Italiae hodiernae descriptione, ubi de Arimino, celebrat Petrum, & Iacobum fratres Perleones cum Graecis, tum Latinis litteris eruditissimos. De Iacobo quidem, cuius funt litterae tres, quas edimus, nihil adhuc praeterea occurrit, nisi Homeri Vita ab eo concinnata ex auctoritate Sigismundi Pandulphi Malatestae Arimini Domini, quam inter Orbinatenses Codices Ms., nunc Vaticanos adserwari accepi, & de qua nulla mentio apud Fabri-Z 4

(a) Bulla habetur in.
Tom.47. bullar. Innoc. VIII.
pag.285. a ter., & To. 47.
Diverj. Camer. pag.91. a ter.
in Archivo jecr. Vaticano

(b) Racconto Istorico della fondazione di Rimino del Cavaliere Cesare Clementini Par.ul. lib.ul. pag.307.

zium, ubi singulas Homeri Vitas recenset (a). Forte haec eadem prostat inter Codices Bibliothecae Riccardianae Florentiae (b), quae a Cl. Lamio scripta dicitur ad Iohannem quemdam Philosophum, & Medicum tempore Sigitmundi Pandulphi, nempe Malatestae. Petri vero habetur Epistola ad Nicolaum Euboicum Sagundinum Chalcide ortum 💃 dein in Italiam una cum coniuge, & liberis profectum anno cioccccxxxviii., ac celebrem illum. Concilii Ferrariensis, & Florentini Patrum interpretem (c), qua ipsum solatur de naufragio, de quo O illum, O Bessarionem Cardinalem ( ad quem ipsius exstat epistola) commonesecerat, quodque dum ad Cretensem Portum appelleret perpessus est. Sagundini epistola ad Bessarionem Card., & altera Petri Perleonis ad Sagundinum (quae mutila antea inter adnotationes Francisci Aroldii ad Beati Alberti Sarzianensis vitam legebatur) editae sunt inter Veneta Miscellanea, colligente Iosepho Hyacintho M. Bergantinio (d). In Bibliotheca vero Alexandri-

(a) Biblioth. Graecze To.1. Ib.1. cap.1. 9.1v., v., & vi. Pag. 255.

(b) Cod. chart. in 4. N. I. num.ix. Vid. Catalog. laud. Biblioth., authore Ish. Lamio litt. U pag. 377.

(c) Vid Bartholomaeum.
Kacium de Viris Illustribus
pag.21., tum vid. quae de eo,
eiusque operibus adnotavit

Vir eruditissimus Rudesindus
Andosilla Abbas Monachorum
Vallis Umbro'ae in Praefation
ne ad Disfertationem arkadorum
Card, Iuliani Caesarinii de inserenda in Symbolum Particula
Filioque, pag.xxvi., & seq.

(d) Miscellanea di varie Operette, Venezia appresso Gio. M. Lazzaroni Tom. II. pag. 43.

Xandrina Archigymnasii Romanae Sapientiae, quae magna ex parte Orbino Romam advetta est, quodam Miscellaneorum editorum Volumine habetur autographa, aut synchrona saltem manu exarata. Isocratis ad Hipponicum (lege ad Demonicum) de vitae institutione Oratio e Graeco in Latinum conversa per Petrum Perleonem Ariminensem. Fuit Petrus insuper humaniorum litterarum Professor in Gymnasio Patavino, cui nimirum , teste Apostolo Zenio in suis Epistolis (a). ex Gymnasio Veneto (b), successerit in hoc ipso munere Philippus Arimineus, cuius Historiam. de capta CPoli, & Dialogum de Paupertate refert Zenius, & Dialogum ipsum, sive Symposium, Epigramma ad Sigismundum Malatestam, & Carmen de laudibus Venetiarum refert Auttor anonymus Catalogi Codicum Farsettiorum (c) ex Ms. chartaceo saeculi xv. Ast male a Zenio tamquam Romanus Petrus noster exhibetur , qui vere fuerit Ariminensis. Petrus alter, qui forte avus fuit & Iacobi 🕫 O Petri, de quibus nunc agimus, tamquam nobilis, & sapiens Petrus Leo Lobi de Pierleonibus de Arimino honorandus Potestas Cortonae occurrit non uno in loco inter Monumenta descripta a Marchione , & Equite Marcello Venutio ex domestici Archivi Chartulario anno cioccelxxxvi. & subsequentibus exarato, ubi etiam Iohannes Marti-

pag.62. , e fogg. (b) Pag.33.

Biblioteca Manoscrita

ta di Tommaso Farsetti, fra (a) Vol.11. pag.411., & i Codici Latini num. XIV.

Martinus de Arimino, & Iohannes Antonii, de Arimino inter eius familiares recensentur (a). Nunc ad Iacobi Epistolas veniendum, quae datae funt Bononia anno cioccccii, quasque ex autographis Bibliothecae Vaticanae (b) exscrips . Prima est ad Iohannem Rhedorici Notarium Apostolicum, & Rīni Domini Card. Niceni, scilicet Bessarionis, Capellanum; duae vero, quae sequuntur, ad Iohannem Arretinum Subdiaconum Apostolicum . Des Iohanne Rhedorici nihil mihi occurrit . Aft Iohannes: Arretinus non alius certe est, quam Iohannes Tor-. tellius Archipresbyter Arretinus, atque Nicolai P. Secretarius, Subdiaconus, & Cubicularius, de que Videndus Raphael Maffeius Volaterranus (c), Bartholomaeus Facius (d), Cl. Philippus Bonamicius (e), Cortesius, aliique. Tres ad eum habentur Leonardi Bruni Civis sui Epistolae (f), quarum prima Iohannino inscripta est , Tortellio scilicet fortasse tunc adolescenti, & tertia eum prodit Casparis Bononiensis in disciplina morali auditorem. Leonardi Dathi ad ipsum Epistolam etiam offendes (g) , & aliae plures forte adhuc anecdotae, habentur in Co-

(a) Florilegiam Nostium. Corytanarum, editore Ant. Frant. Gorio, Florentiae 1751. cap.z. pag. 121., 122., &

(b) Cod. Vatican. 3908. 2-59. 143., & 160. a ter.

(c) Lib.xxi. Anthropolog.
(d) De Viris Illustribus
pag. 25.

(e) De Claris Pontif.Epist. Scriptor. p.163. secund. edit.

(1) Epit. xviii. lib. iy. pag. 131., Epif. xx. lib.eiufd. pag. 134. Fo. I., & Epif. ix. lib.ix. pag. 155. To. 11. edit. novissim. Florent. 1741.

(g) Epist. xxxx. pag. 55.

edit. Florent. 1743.

dice Vaticano superius laudato, quae ad ipsum inscriptae sunt manibus autographis Poggii Florentini, Augustini Scanellae, Iannotii Manetti, Andreae Contrarii, Basinii Parmensis, Caroli Martiopini, Fr. Philippi Bononiensis Ord. Servorum,
Fr. Thaddaei eiusdem Ordinis, Nicolai Vulpis Vicentini, Gregorii Contrarii, Bartholomaei Butinensis, Casparis Veronensis, Bartholomaei Rattensis,
Simonis Angeli Perusini, Nicolai Perotti, Odi
Montopolitani, Petri Insulani, Lionori Bononiensis,
aliorumque. Nestio autem, an Iohannes hic Arretinus (praeter alia Opera, quae recenset Bartholomaeus Facius) auttor etiam suerit Vitae S. Athanasii Episcopi Alexandrini, quae eius nomine insignita ab Aloysio Lipomano edita est (2).

Sed iam de Fulvii Peregrini Morati Epistole aliqua dicenda sunt. Fuit is Poeta, & Rhetor Mantuanus, dictus etiam Ferrariensis, quod ea în Civitate uxorem duxerit Lucretiam, ex qua filios, filiasque suscept, inter quas litteris excelluit Olympia, quae utinam admirandas în eius sexu dotes, & non vulgarem doctrinam impiarum opinionum labe non soedasset. Patrem alii docuisse humaniores litteras publice aiunt, alii negant. Si plura desideras, consule Olympiae siliae Opera Basileae edita cum Caelii Secundi Curionis Epistolis, quae si nostriconsuluisset, & de patre, & de fratre Aemilio certiora, ac veriora protulissent. Inscripta est haec Epistola Bartholomaeo Prospero a secretis Herculis II.

<sup>(</sup>a) Vol.11. SS. pristor. Patrum Vitar., Venetiis 15514
pag, 69.

Berrariensium Ducis, cuius gens adhuc in Comitibus Aloysio Ascanio, & Michaele Angelo fratribus superest. Hanc autem nobis pro sua humanitate communicavit Vir Cl. Hieronymus Ferrius in Ferrariensium Academia Rhetor, qui ex Mss. Codd Canonici Antenoris Scalabrinii patriorum monumentorum Studiosissimi excerpsit.

Succedit nunc Alvari Gomesii Castri Epistolada de Paullum Manutium, cuius nulla exstat ad ipsum inter eas, quae typis editae circumferuntur. Gomesius noster suit patria Eccaliensis in Campo Toletano, atque obiit anno cidilixxx. Multa ab eo in lucem emissa sunt, inter quae praecipue numerantur Salominis Proverbia, Ecclesastes, & aliqui Psalmi carmine, & paraphrasi expositi (a); de vita, & rebus gestis Francisci Ximenii Archiepiscopi Toletani (b); ac de Marzaelquibirana pugna anni cidiov, item de bis, quae in praeventione, seu deliberatione Oranici belli occurrerunt anno cidiovii, & de Oranico bello (c). Hanc Epistolam nobis exhibuit Codex Bibliothecae Vaticanae (d) barum lautitiarum seracissimae.

Sequitur iam altera Laurentii Campegii Bono-, niensis Epistola ad Paullum Manutium , cuius nulla est

(a) Besileae in 8., sine nomine typographi, & sine

(b) In Tom.I. pag 972. Hijpan. illustrat. Andreae Schotti .

(c) Exstant inter Oranum

Ximenti virtute Catholick cum Petri de Quintanilla. Romae 1658. p.88. & 541.

(d) Cod. Vatic. n.3433. fol.7. nempe Vol.1. Epijtolar. Diverforum ad Paullum Manutism.

est ad Campezium responsio. Laurentius iste diversus est a Laurentio Cardinale Presbytero tituli S. Anastasiae, & Episcopo Bononiensi, quandoquidem ipse obiit a. d. viii. Kal. Sextiles anni civioxxxix. Idem ergo Laurentii nostri ad Manutium scribentis patruus fuit, ac de eo exstat vita Caroli Sigonii, ut ceteros nunc eiusdem laudatores praeteream. Eiusdem patruus etiam fuit Thomas, Cardinalis & ipse, Laurentii Card. frater, & Episcopus Feltrensis, ad quem exstat Epistola Iacobi Sadoleti, nomine Leonis X, quae legitur inter Miscellanes Collegii Romani (a). Laurentius noster pater fuisse videtur Alexandri, de quo videnda, quae ad Sadoleti Cardinalis Epistolas adnotavit Vir elegins, & eruditus, quam qui alius, Vincentius Alexander Constantius (b). Frater autem fuit Philippi Mariae Feltrensis Episcopi, qui Thomae patrui coadiutor fuit , & cuius in hac ipsa Epistola mentio habetur adeo honorifica, quae fraternam. modestiam facile excedat. Oterque vero filius fuit Comitis Iohannis, ut ad Epistolam Laurentii nostri, guam ex Cod. Vaticano (c) petivimus, etiam adnatavimus.

Data est insuper ad Manutium nostrum Epistola Hieronymi Caprae, quam subiungimus, & cui Manutianam responsionem inter editas eiusdem Epistolas offendes (d). Celebris est ex bac ipsa fortasse gen-

(c) Cod. Vatic. n.3434. (d) Epift.vn. lib.x1. p.593.

<sup>(</sup>a) Vol.I. num.LII. p.378. fol.89., nempe Vol.II. Epi-(b) Part. II. Epift. 154. stol. Diversorum ad P. Manupag. 37. sium.

gente Bartholomaeus Capra Secretarius Apostolicus sub Innocentio VII., de quo consulendus Cl. Bonamicius (a), & Leonardus Arretinus in Epistolis (b). Tum Bartholomaeus alter Aldi Iunioris familiaris apparet ex eiusdem Epistolis nonnullis ad ipsumaticinum datis, quae inter ceteras ab eo editas habentur (c). Haec nostra vero ex Vaticano Codi-

se (d) pariter nunc prodit.

Hanc nostram tandem Latinarum Epistolarum Decadem, seu Syllogem coronabit Francisci Alciati Cardinalis Epistola ad Petrum Victorium. De eq sta Vir Cl. Ianus Vincentius Gravina IConsultorum eloquentissimus (e): Cui defuncto (Andreae Alciato), praeter scripta celeberrima, non parum adiecit gloriae Francisci gentilis sui, ab ipso in Iure Civili, & in elegantioribus artibus instituti, virtus, & virtuti tributa. Cardinalatus dignitas : postquam docendi munus ab Andrea sibi traditum laudabiliter exereuisset, & e sua disciplina emissset Cardinalem Borromaeum, a quo Romam fuit evocatus. Fuit ergo Franciscus Martini filius, de Alzate Oppidi Agri Mediolanensis, ubi natus etian**r** 

(a) De Claris Pontific. Epistol. Scriptor. pag. 135. secund. edit.

(b) Epift.x. lib.11. p.14., Epift. xIII. lib. III. pag. 88. To.l., & Epift.y. lib.y. p.28. To.II.

(c) Lettere volgari di Aldo

Manucci . In Roma per il Santi , e Comp. 1586. pag.61., 96. . & 215.

(d) Cod. Vatic. n.3433. fol.71., nempe Vol.1. Epifol. Divers. ad P. Manutium .

(e) De ortu , & progresse.
Imis Civilis cap.CLX.

etiam est Andreas Ambrosii filius, & ex quo genti nomen factum est. Quare Andreae gentili suo celeberrimo titulum scripsit Franciscus eius heres in Aede Sacra Epiphaniae Ticini. Fuit ad Boemiae Regem Apostolicus Internuncius, mox Episcopus Claremontanus, Aciensis, ac Civitatensis in Provincia Beneventana, ut ex Ughellio (a) patet. Rogante postea Carolo Borromaeo Cardinale pientissimo, a Pio IV. Cardinalis & ipse renunciatus est. Obiit dein XIII. Kal. Maii anno CIDIDLXXX., aetatis suae ann. Lyiii., ac sepultus est ad Thermas Diocletianeas in Aede sacra S. Mariae Angelorum, utpote Carthusiensis familiae Patronus, ubi eidem cune Epitaphio apposita Protome ipsius efficiem exprimens. Bibliothecam non contemnendam, in qua multa monumenta Ms., reliquit. Litteras scripsis Italica lingua Gabrieli Flammae, quae in lucem editae inveniuntur inter Virorum illustrium Epistolas. Nondum innotuerat haec nostra ad Petrume Victorium, utpote quae desideretur in 111. Voluminibus Cl. Italorum, & Germanorum Epistol. ad Petrum Victorium a Cl. Angelo M. Bandinio editis (b). Exstat tamen Petri Victorii ad Franc. Alciatum Epistola apud Ciacconium, ubi de Alciato ipso (c). Hiec ea ipsa videtur, ad quam nunt respondet Alciatus, ac data est Florentiae Kal. Marti? ann civilixxvii., sed legendum civilixxviii., us respon-

Digitized by Google

<sup>(</sup>a) Ital. Sacr. Tom. viii. (c) Histor. Pontif., & col. 278. Card. Tom.ui. col.972. Rod (b) Florentiae ann. 1758., mae 1677.

respondeat anno, quo & ipsius Alciati Epistola exarata est, nec quidem multo tempore post, Kal. scilicet Aprilis. Tu, qui de nobilissimae gentis tuat maioribus, eruditionis, & doctrinae laude insieni--bus, merito glorieris, & Balthassarem Ansideium Bibliothecae Vaticanae Custodem, cuius est in Ianiculo ad Divi Onuphrii Templum sepulcralis titulus (2), & mutuae exstant inter ipsum, & M. Ant. Muretum litterae (b), tum & M. Antonium S. R. E. Cardinalem magnum Patruum recenseas, atque ex ipsius Museo, quod domi adservas, sictilia Vascula Etrusca encaustice picta, ac splendide illustrata CLEMEN-TI XIV. antiquariae supellectilis conservatori, & Indagatori eximio liberaliter obtuleris (c), pro tam 🖦 maiorum exemplis, a quibus non refugis, & pro tuo etiam in litteras amore aequi, bonique consules haec, quae de elegantium Scriptorum Epistolis tecum nunc egimus, tum & Epistolas ipsas, quas simul adnettimus, libentissime leges. Vale.

Datis ex Aedibus nostris Idibus Iunii anno

reparata salute eivioccixxiv.

(a) Roma ex ethnica facta Floravantis Martinelli p. 263.

(b) Epist. IXXXIII., & IXXXIII

(c) Ioh. Bapt. Passerii de tribus Vasculis Etruscis encaufice pictis a CLEMENTE XIV. P.O.M. inMuseum Vatic. inlatis Dissertatio. Florent. 1772

I.



## Epistola Lini Coluccii Salutati ad Magistrum Donatum de Casentino.



ABUI, Vir insignis, habui, gemine mi, magnum, immo ingens munus piscium salitorum, quos pondere graves,

& numero multos, qualitate optionis, tua mihi dilectio destinavit. Huius Quadragesimae tempore, & in hac Urbe, quae non suis, sed advectis gloriosa est, grarum, & grande subsidium. Ne dubites: cuncta quidem habui convenientia spem, & munus, sicut scribis. Nescio tamen. cur hanc annuam procurationem assumpleris. Amicus quidem non donis, sed officio colendus est; fragilis namque amicitia est, quae comparatur, confirmaturque mumeribus. Si enim ad solitum respondere non possit, spernitur, atque reputatur inutilis; si vero desinat, ut consuevit, im-Tom.III. A a pende-

pendere, iam non solum mutata creditur, sed extincta. Nosti quibus verbis Philippus increpuit Alexandrum fidem sibi Macedonum pecunia comparantem (a). Proinde te moneo, ut ex hoc in posterum. non pendeas, sed certus sis, me tibi semel vinctum cunctis temporibus inhaesurum. Nihil enim in ista societate mortalium amicitia dulcius est, nihilque incundius, si tamen, manentibus animis, possemus nobis amicos durabiles polliceri. Hunc autem fati necessitas aufert, hunc crudelitas arripit, hunc separat a nobis nimium dilecta mortalibus utilitas. Quae cum accidant, ut tu, & ego multotiens id experti, quantum afferant displicentiae, testes fumus... Debemus autem admodo didicisse relictis incumbere, putareque felices, qui non mihi decesserunt; & quos afflictio mortalis arripuit, & sibi constiterint non ali-

<sup>(</sup>a) Vide bac de re Valerii Maximi Dictorum, factorumque memorabilium exempla. Lib.vii. cap.il, , ubi de Rego. Philippo patre Alexandri.

Aliter inselices credere, quam inter supplicia regulum. Felix non qui se ipso contentus suerit, sed qui paratis, & contingentibus aequanimiter utitur, sive prospera, sive adversa sint, Habui libellum tuum, de quo gratias ago. Curabo remittere. Vale.

II.

Epistola Cardinalis Iacobi Ammanatii Card. Papiensis Sacramoro Ariminensi,

Sacramoro Epilc. Parmen. Ducali Oratori

I ON exspectanti mihi redditae sunt litterae tuae uvis plenae non pampinis. Quanto insperatius suit officium, tanto tibi sum debitor magis. Gratias ago, reque oro, ut cum a Ducalibus curis vacui temporis aliquid superest, amici absentis sis memor. Vestris incommodis, quae hoc tempore Curiam premunt, plurimum angor. Magna ea necesse est esse; quoniam & loca A a 2 diver-

diversionum angusta sunt, & vos multi, qui Pontificem nostrum sequimini. Nos quoque liberi metu non sumus, pestilentia undique circumventi. Nam praeter alia Oppida, in quibus saevit, etiam nunc vicinum Pogibonizum vexat. Sena tamen in hanc horam incolumis est, usque adeo arcendis peregrinis intenta, ut etiam civibus vel paullulum porta egressis in eam ingressus non sit. Vobis, nobisque Dominus ex alto prospiciat . Gallica, quae ignorabam, te referente, accepi: perniciosa illa quidem, si suspicionibus vestris sint consentanea. Quod vero cura tanta celentur, & tam paucis apud Pontificem cognita fint, mali gravioris indicium habent. Libenter enim, quorum nos pudet, & quibus offendi aliorum animos credimus, haberi clam cupimus. Sed qualiacumque fint, ut humanarum rerum conditio est, celari diu non poterunt. Et tu quod in lucem veniet, curabis Papiensem non ignorare. Burgundica quoque non sunt levis momenti, quantum intelligo.

Quod enim secundo illorum Dux cesserit & quod noster Mediolanensis in eumdem arma expediat, magnarum conversionum videntur initia. Non hoc tempore nostra essagitant, in quibus, solo Hungaro in Turcos pugnante, Italiae salus in manisestum discrimen adducitur. Si ad contribuendum per hiemem praeteritam fuimus difficiles. cum tamen vacui bello essemus, quid nunc implicatis negotiis credimur esse facturi? Angunt me haec mirum in modum, propinquare videntem, quod dudum peccata nostra deposcunt. De Cardinali Germanis creando, eo praesertim, quem memoras, facile quod scribis mihi persuadebam. Ipsum enim, suosque adiutores cognosco. Cupidus ille quidem est, virium suarum multum ignarus; & hi ad quodvis patrocinium pernimium faciles, plus aliquando expendentes, quod videantur posse, quae volunt; quam quod salutaria iudicentur, quae potuerunt. Si ad plenum Collegium res deferetur, puto libera dicentur, audienturque confi-Aa 3

tonsilia. Sed miseram, o Sacramore, Apostolicam Sedem, quae saepius ex alieno afsectu, quam ex commodis suis cogitur Cardinales accipere! Ego hic sum domi inclusus, solis libris, calamisque indulgens, quibus ita delector, ut vestri sim plerumque
oblitus. Commenda me Pontifici, & Mantuano, & Comiti nostro. Tu quoque inter
tor contagia te ipsum conserva. Etiamnuntia, ubinam gentium noster sit Falco.
Quod enim nihil scribit, & de illo nil scribitur, latere alicubi ignoratum existimo;
Senae xiii. Iul. Meccelxxvi.

## III.

Epistola Iacobi Perleonis ad Iohannem Tortellium Arretinum.

Iacobus Perleo Arimin. Rev. P. D. Iohanni Arretino Subdiacono Apostolico sal. pl. d. Maximo me dolore affecerunt litterae tuae, quas pridie Nonas Martias, dum graviter aegrotarem, accepi, quibus tertior sactus sum, te nullas umquam, post-

quam Roma discessimus, a me accepisse; quum tu ad me saepius scripsisses. O tunc dolorem vix tolerabilem, praesertim in tanta vi morbi, quo pene confectus vix sperabam! Maximo, inquam, dolore tum affectus sum, quum intelligerem tot mearum ad te epistolarum omnino periisse, laborem maxime vero novissimae eius, qua me apud te purgabam, quod Apollonii vitam vertere non potuissem, teque rogabam, ut Sanctisfimi Domini Nostri indignationem, si quam fortasse ob eam caussam in me concepisset a a me deprecarere. De gravissimo illo morbo, quo tribus fere mensibus laboravi, scriberem nunc ad te aliquid, nisi Magister Bernardus Medicorum peritissimus, qui has tibi reddidit, ad vos venisset, cuius diligentia liberatus sum. Is enim a me rogatus, ut id diligenter faceret, tibi explicabit, quid in caussa fuerit, quod & SSmi D. N. desiderio non satisfecerim. & litteris illis tuis hactenus non responderim. Nec ignoro, me in ea re piaculum commissse; oportuit enim Aa 4 Sum-

Summi Pontificis imperium ceteris rebus omnibus anteponi. Sed sit aliquando inopia, ut minutissimis quibusdam lucellis, dummodo ea in praesentia habeantur, amplissimae res futurae amittantur. Neque enim vereor, quin ad gloriam a Summo Pontifice emolumentum quoque summum mihi accesserit. Sed te, Vir amplissime Iohannes, nottrarum litterarum ornamentum, rogo, atque oro, ut nunc me non deseras. Agas, quaeso, caussam meam apud Summum Pontificem diligenter, ut si quamde me eius Sanctitas opinionem, vel eamdem falsam antehac habuit, eam te patrono. non amittat. Nunc est tempus, ut Iacobotuo subvenias, qui te non minus veneratur. quam tu eum diligas. Commendo me tibi, imprimis autem SSmi D. N. beatissimis pedibus. Vale. Ex Bononia III. Non. Maias 1451.

IV.

# ₹ 377 ·

## IV.

Epistola altera eiusdem ad ipsum: Tescio quo malo fato accidat, Vene-randissime Pater, ut litterae meae numquam ad te perferantur; nam tamets ego numquam ad tuam Dominationem scripserim, cogitans, quis sis & auctoritate, & fapientia, numquam tamen fuit, quin totiens rescripserim, quotiens tuis fuerim humanissimis litteris ad id provocatus. Nam & epistolae illi tuae, quam, quum ex Campania Romam revertiss, ad me primum dedisses, item & secundis, & aliis tuis ad me litteris memini me, pro ut debui, accuratissime respondisse; quamvis fortasse serius propter adversam valetudinem, qua in hac urbe ex magna temporis parte laboravi. Fuit enim aliquando, ut quum litterae mihi tuae redditae essent, eas morbi atrocitate tenere non possem, nec semel tamen. hoc mihi Bononiae accidit, quum finis unius mali principium secundi fuerit, eiusque longissimi, gravissimique. Eius rei testes sunt maxi-

maxime foedae cicatrices, quas ex tot atrocibus sectionibus in facie in aperto gero. Itaque si fuerim interdum morbis, imo fere semper impeditus, statim pro officio meo non rescripsi; numquam tamen omisi, quin in pristinum restitutus, litteris tuis diligentissime responderim. Verum fortuna, quae semper in omnibus mihi adversata est, hic mihi durius salutis meae viam praecidit; quae non folum iam partam SSmi D N. munificentiam, atque largitionem mihi eripuit, sed quodam modo effecit, ut in ipsius indignationem inciderim, peccati, errorifque mei ignarus, utpote qui iam de ea re securus essem, quin quidem & caussas tibi exposuissem, quae me a coepto opere amovissent, & tuam operam implorassem, qua surus essem, ne proprerea SSmus D. N. mihi subirasceretur. O miserum, & infelicem, in quale nunc periculum incidissem, nisi tu diligentissimus pater rem mihi tuis litteris declarasses, & interim apud SSmum D. N. me expurgasses; pro qua re tan-

tantas tibi gratias ago, quantas gratus animus capere potest. Non possum explicaçe quam sentiam pro hoc uno solo beneficio me tibi esse obnoxium. Ut autem Codex ipse tuus Graecus, qui semper, postquam huc venimus, penes Rmum D. meum fuit ad te perferatur, curabo diligenter; mittam etiam ad SS. D. N. principium illud a me traductum cum parva epistola, ut quid agam ex optimo Patre D. Athanasio Chalceopylo scire poteris, quaeve caussa fuerit, quae me ad lus Civile impulerit. Illud certe scias coactum me studia nostra deseruisse, ne semper inopia laborarem, mihique, ac meis aliquando subvenire possem. Quod autem a te exoratum velim, praestantistime Vir & optime Pater, illud est, ne me deseras. ut quemadmodum hactenus fecisti, ita semper in futurum pedibus SSmi D. N. me facias commendatum. Valeat diu felix Dominatio tua, cui me summe commendo 4 Ex Bononia pridie Idus Decembris 1451. E. D. tuae R. Tuus Ia. Perleo Arimina

# V.

# Epistola tertia eiusdem ad Iohannem Rhedorici .

Venerabilis Vir Parer bon. Uum accipio vos recte valere, summe gaudeo; ita enim semper colui probitatem, & virtutes vestras, ut omnia, quae vobis prospera succedunt, pariter mihi laetitiae caussa sint, ac si patri, qui me genuit, contigissent. Sed de his hactenus. Ex Re-Etore nostro cognovi, quid in caussa mea hactenus egeritis. Exspecto pecuniolas illas fummo cum desiderio. Maxime nunc mihi illis opus est, quum statuerim omnino Iuri Civili operam dare, quod lus Civile quammagna volumina amplectarur, quamque illa pretiosa, vos non latet. Itaque vos oro, ut nunc mihi vestra diligentia subveniatis. Illud tamen advertite, quantum hic fertur, itinera omnia luporum acie obsideri, ne aurum illud a lupis interciperetur. Audio enim nonnullos ab illis miserabiliter fuisse devodevoratos. Valete, & D. L. Venetino, & Hermano me commendabiris. Mittite, quaeso, si potestis, summam illarum pecuniarum mihi integram. Ex Bononia.

5. Maii 1451.

Iacobus Perleo Arimin. filius vester

#### VI.

Epistola Fulvii Peregrini Morati ad Bartholomaeum Prosperum.

Fulvius Peregrinus Moratus Bartholomaeo:
Prospero S. D.

Cquis te hodie vivit fortunatior, Profper felicissime? Nemo hercle quisquam.
Nam in te plane dii potestatem suam ostendere. Quanto enim generosior ipse es, tanto eriam humanior. Litteras enim adeo humanitatis sale aspersas, & summae tum benevolentiae, tum prudentiae plenas ad me
seribis, ut eas numquam regustare desinam,
ita ut earum duscedo cor meum totum titillet, & ipsum memet mihi sane quam surripiat. Prosecto in illis tanta est sacundia,

Ut

ut verbis dici non possit : in quibus te ita officiosum erga me ostendis, ut non dubitem, quin quod me valde velle putes, in eo tu me ipsum cupiditate vincas; de qua quidem tua in me sedulitate immortales tibi ago gratias, tantumque tibi me debere sentio, quantum praeterea nemini de me benemerito. De nummaria autem difficultate (a) stipendio conducendi, nihil est, quod pro me labores; quandoquidem cum Caesare in frigidulo oppido malo esse primus, quam Romae secundus. Et usque a teneris annis huius semper ingenii fui, ut potius rogari, quam ultro me cuiquam offerre gauderem. Nihil enim carius acquirieur, quam quod precibus emitur. Crede mihi, merces ultroneae (ut hoc verbo interim mamur) putent. Vino vero Veicetino (fic) hedera non est opus. Quid multa? Ego spem pretio non emo. Nos hic non sine existimatione sumus: hicque in magna laude vivimus: hic gratiam habeo maximam,

UL

ut ante ad te scripsi; numquam enim sui usquam, quin me omnes amarent plurimum. Quod Negotiatori Veicetino (se) & opem, & operam tuam pollicitus sueris, ego multo te amo, ac tibi debeo. Tu velim cum primum Dux noster (a) Ferrariam redierit, libellum nostrum ei tradas, sed in primis, quod potissimum duco, temporis ratione habita. Multum enim resert, quando Principes adeamus, quemadmodum de captanda rerum cum maximis viris tractandarum opportunitate sapientissimus quisque nos condocesacit. Vale. Datae Veicetiae (se) tertio Cal. Octobris 1535.

Idem servus tuus

(a) Hercules 11.



VII.

## VII.

Epistola Alvari Gomesii Castri ad Paullum Manutium.

Alvarus Gomecius Caster Paullo Manurio S. P. D.

Luysinus (b) homines tui studiosi, quos ego propter excellentem eruditionem, & incredibilem humanitatem cum plurimi facio, tum vehementer amo, multaque de tuis praeclarissimis virtutibus, de doctrina, & morum comitate peramanter, & copiose tractavissent, animum meum ad te amandum non secus concitarunt, quam si venessiciis, aut incantationibus esset ab utroque circumventus, nisi quod hic iudicii, rei pretiosissimae, iacturam secissem, in te vero diligendo, & observando si parum sanus esse alioqui existimarer, vel hoc uno solo argumento,

nutius Epistolam I, lib.I., dum Patavii Philosophiae studeres anno 1547.

<sup>(</sup>a) Ad Marianum mulla Manutii Epistola occurrit.

<sup>(</sup>b) Forte bic est Franciscus

